Manoscritti
Conventi
J
1
31

J. I. 31

Miscellanea omogenea, contenente in prevalenza scritti di L. Bruni. Il ms. fu eseguito per "Ludovicus de Falcone Provinciali", studente in legge, che lo annotò ampiamente. Il codice pervenne a S. Marco da G.A. Vespucci.

Bibl. Naz. Centrale Firenze, ms. C.S. J I 31

S. Marco
di Firenze
n° 478

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE

141

Conventus S. Marie de Florentia ordinis predicatorum habitus a fratre Georgio Antonii Vespuccio filio nativo eiusdem conventus.

Opera xviii domini Leonardi Aretini et aliorum idest.

De bello punico.
De bello Gallico
Enee qui et Pius pontifex opusculum ad Ladislaum regem Ungarie.
Platonis vita et
Storie et
Res Italie temporibus suis.
De studiis litterarum
In hypocritas [?] bonorum et malorum.
Apologia de rerum grecarum disciplina
Lucianus de contemnenda morte.
De re militari
Quoddam opusculum in volgari [?] et alia

Bancho · 26 · occidentis

---

pellunt. Fortunas Reginorum inter se partiuntur. Utrique maleficio iun
cti erant. Sic et societate et federe cum Mamertinis iunguntur. Has
Reginorum calamitates et si graviter ferebat populus romanus tamen quoad
bellum urgebat dissimulando quievit. Confecto autem bello et
victoria parta romani sceleris militum suorum ulcisci properantes
Regium obsederunt ac tandem expugnaverunt. Ad .iiii.
milium tanti facinoris conscii intus fuerant. Eorum maxima pars
dum acrius ob metum supplicii resistit in ipso ardore capte
urbis pugnans cesa. Trecenti solum vivi in potestate redacti qui
e vestigio Romam missi. In foro virgis cesi et securi percussi
scelerati facinoris penas dedere. Urbs et agri, ceteraque cetera
prius amissa Reginis qui a cede superfuerant a romanis res
tituta. Et Regii quidem occupatores hunc finem habuere.
Mamertini vero sic enim se nuncupabant Campani qui Messa
nam invaserant, quamdiu legio romana Regium possedit auxilio
eius freti adversus Sicilie civitates se facile tutabantur. Oppres
sa mox legione et urbe Reginis reddita destituti eo auxi
lio in maximas difficultates et ipsi inciderunt ex huiusmodi
causa. Non multis annis ante id tempus Syracusanorum copie adversus
eos qui rem publicam obtinebant infense duces sibi per seditio
nes creavere Arthemidorum et Hyeronem qui postea rex fuit. Is
erat tunc admodum adolescens. Ceterum sublimis animus
et generosa quedam indoles in adolescente eminebat. Cum cu
ra exercitus ac rerum gerendarum suscepta cum tandem in urbem
stipatus armatorum catervis introisset ac aversae diverse fac
tionis in eius venissent potestatem, ita clementer ac modeste
victoria usus est ut populus syracusanus et si plurimum
infensus iis esset qui exercitus per seditionem fecerat tamen conspec
ta Hyeronis virtute eandem potestatem adolescenti tribueret. Hye
ron igitur exercitus primo mox syracusani populi honore
sublatus confestim maiora animo concipere cepit quod ab initio
considerantibus ex actis eius non erat obscurum. Principio enim ut
quotiens opus foret copias in expeditionem educere ac ipse abes
se sine metu posset, Leptinem virum potentem domi et multi
tudini pergratum accepta in matrimonium eius filia sibi socerum

Missi a Romanis [?] pro urbe Reginorum

Romani expugnant Reginorum urbem

Romani [illegible]

Mamertini erant illi Campani qui Messanam invaserant

Syracusanorum copie duces sibi creant Arthemidorum et Hieronem

Hieron clemens

Leptines

Biblioteca Nazionale Centrale Firenze Mss

ciscunt. Sic enim fidum urbanarum rerum paraverat custodem, ne quis per absentiam eius insurgere aut multitudinem sollicitare posset. Hec domi provisa. Foris autem cum sciret copias Syracusanorum conductusque hic miles esset seditiosas esse rerumque novarum cupidas, callido consilio in Mamertinos educit. Non longe a Centoripa cum obviam haberet hostes, conductum militem omnemque veteranum exercitum in fronte locat. Ipse cum Syracusanis equitibus urbanisque copiis longius subsistit quasi alio itinere hostes aggressurus. Hac itaque falsa auxilii fiducia conductitii ab hostibus primam aciem passus. Ubi eam cedi plane undique et interceptam conspexit, ipse diviso itinere abiens Syracusanos omnes incolumes reduxit. Conductorum vero militum aciem in medio hostium trucidandam reliquit. Que pene ad internicionem cesa est, ac seditiosus quisque ut voluerat in ea pugna necatus. Liberatus per hunc modum veteranorum molestia, novo ac fido milite reparavit exercitum, ac ubi omnibus rebus satis firmitus paratusque visus est, in Mamertinos superiori victoria elatos expeditionem non amplius simulatam indicit. Profectusque cum his copiis ad Longanum amnem ingenti prelio cum Mamertinis conflixit. In ea pugna optimus quisque Mamertinorum oppetiit. Plerique eorum duces in potestatem Hyeronis vivi pervenerunt. His rebus gestis cum Syracusas victorem exercitum summa gratulatione omnium reduxisset, haud dubio favore Syracusanorum sociorumque rex appellatur. Factus igitur per hunc modum rex hostes maiori nixu in dies premebat. Mamertini vero primum Romane legionis auxilio ut supra ostendimus destituti, deinde hoc gravi prelio afflicti, diviso consilio alii ad Carthaginenses confugiebant, eorumque quidam presidium tutelle gratia in arcem induxerat. Alii ad p. ro. confugiendum ut se urbemque susciperet probabant. Et prevalebat sane apud Mamertinos Romanum populi nomen, quod ipsi Italici generis orti viris potius quam externis salutem suam creditam volebant. At Romanis per absurdum primo videbatur, qui modo in legionem suam ob occupatum contra fidem Regium tam severe animadvertissent, eos Mamertinis eiusdem sceleris affinibus opem ferre. Itaque protracta aliquandiu res est in senatu variantibus.

[Margin:] Hyero regnantibus copiis cum Mamertinis conflixit
[Margin:] Victoria Hyeronis contra Mamertinos
[Margin:] + quod in Hieronis potentie se resistere posse diffidebant — al. frach[illegible]

primum suis. Tandem quia honestas ad usum utilitatemque pugnare videbatur, rem infectam senatus dimiserat. Non destiterunt tamen Mamertini qui Romam venerant, sed fautoribus quibusdam freti rem ad plebem detulere. Pervicitque tandem apud multitudinem utilitatis ratio. Periculosum enim visum est urbem tam propinquam Carthaginensibus abicere, gravemque eorum vicinitatem suspicabantur fore. Iam enim plus nimio Carthaginensium patebant opes. Quippe non Africa modo sed et quedam Hispanie loca vi et armis subacta Carthaginensium parebant imperio. Insule preterea omnes Sardonii Tyrrenique maris. Magna insuper Sicilie pars Carthaginensium erant. Venturam autem totam in eorum potestatem nisi quis Mamertinis auxilium ferret haud ambigendum putabatur. Messana enim suscepta, confestim adversus Syracusanos nequaquam potentia pares bellum erant gesturi, ac brevi tempore quicquid reliquum erat Sicilie subacturi. Hoc igitur cogitans p. ro. ac necessarium sibi ratus Messanam servare, ne Carthaginensibus undique Italiam angeret, veluti quendam pontem ad invadendum haberent, auxiliandum Mamertinis decrevit. Cum ergo id placuisset, Appius Claudius consul traducere copias in Siciliam et Mamertinis opem ferre iussus profectionem parabat. Mamertini autem de p. r. decreto certiores facti Carthaginensium prefectum qui in arce positus erat incautum circumsistunt, eumque una cum presidio urbe eiciunt. Post hec iam liberi consulem Romanum per crebras litteras ac nuntios convocant. At Carthaginenses postquam intellexerunt presidio eorum a Mamertinis pulso Romanos vocari, ira simul et indignatione accensi prefectum presidii, quod eius culpa atque ignavia arcem amisisset, in cruce sustulerunt. Mox raptim coactis copiis mari et terra Messanam aggrediuntur. Classe quidem circa Pelorum statione posita, terrestribus autem copiis haud procul Messana castrametati urbem premebant. Accessit quoque ad Carthaginensium violentiam Hyeron Syracusanus, qui tempus plane adesse ratus quo Mamertinos veteres hostes penitus deleret, iuncto cum Carthaginensibus federe ac societate belli facta, suo et ipse milite singulisque castris alia ex parte Messanam obsedit. Ita binis per terram hostium castris, mari autem classe Mamertini obsidebantur. Inter-

[Margin:] [illegible] Mamertini [illegible]
[Margin:] Appius Claudius consul in Siciliam
[Margin:] Prefectus Carthaginiensis deiectus ab arce Messane a Mamertinis
[Margin:] Prefectus [illegible] [illegible] publicatur
[Margin:] Hyero [illegible] cum Carthaginiensibus Messanam obsidet

Apius claudius cum me
ssana copias exponit
et in urbe includit

hec Appius claudius consul ratibus ex neapolitanis ac ceteris so
ciorum maritimis civitatibus (Nondum enim populus romanus classem ullam
habebat) ex plebiscito acceptis per salentinum noctis exercitu impo
sito Messanam advehitur. traiectoque celeriter freto incolumes omnes
copias ante urbem exponit. Hec prima exercitus populi romani profec
tio extra italiam fuit. Primus quippe mari invectus cum ad eum di
em cetera omnia bella intra ytaliam gessisset quingentesimum
iam post urbem conditam annum in tuscis et samnitibus ceterisque
finitimis populis domitandis occupatus. Expositis ergo
in sicilia copiis et intra mesanam urbem inductis. Consul
nec tutum sibi exercitumque nec satis e dignitate populi romani obsidi
onem perpeti ratus. Quippe non terram modo verum et mare undique
hostis habebat urbique imminebat commeatus omnis intercludebat.
pace primo si quarent componere signa posse. Ea vero si negaretur
ferro quamprimum decernere statuit. Maxime vero e populi romani dignitate
visum est ante omnia de pace agere. Nam federa cum cartaginen
sibus sepius iam ad eam diem renovata extabant per que et si licebat
populo romano mamertinos in amicitiam fideque suscepisse tamen humanum vide
batur pacem si prestaretur futuram nocumenti afferre. Servata est ma
mertinorum libertate siracusanis et in sine consistentibus minus erat
populo romano cartaginensium formidanda potentia. Missis igitur super his
ad cartaginenses hyeronemque legatis cum utrique pacem longe asp
narentur. quod reliquum erat. consul milites cohortatus adversum
hyeronem et siracusanos educit. Nec hyero quidem detractavit
certamen. sed obviam consuli egressus acie structa dimicavit. Pu
gnatum est aliquamdiu equo marte tandem vero prosper exitus fuit ut
romani victores magna parte hostium cesa rege fugato pene omnibus
copiis usque in castra persequerentur Compulsis in castra hostibus romani
spolia legerunt. et in urbem se receperunt. Hieron autem me
tuens non castrensibus modo verum etiam urbanis rebus prima
nocte desertis castris siracusas concessit. Cartaginenses quoque au
xilio hyeronis nudati perculsique metu militibus et virtutem
romanorum formidantibus plus equo soluta confestim obsidi
one nec ultra castris fidere ausi per sicilie urbes que ipsorum
in fide erant diviserunt. Consul paucis post diebus hostium

Victoria consul. cum hierone

Victoria Rom. in hieronem

Cartaginenses obsidi
onem dissolvunt

agros cum legionibus ingressus usque ad siracusanorum menia longe late
que populatus omnia ubi obviam nemo prodibat Messanam copias redux
it. Hec ut gesta erant per litteras consulis rome nunciata maiori spe
patres plebemque extulere ad bellum sicilie capessendum. Itaque
M. valerium et .C. octacilium sequentis anni consules cum duobus consu
laribus exercitibus magnisque sociorum auxiliis in siciliam mittunt.
Adventu horum consulum quum post superiorem victoriam dupli
catum exercitum duosque consules primo versari in sicilia conspice
bant pleraeque mediterranee civitates que in fide cartaginensium
fuerant ad romanos defecere. Hyeron autem sicilie populos
metu perculsos et simul hostium vires adauctas cernens mul
tis rationibus prestare duxit si qua posset sibi romanorum partes sec
tari. Qua consideratione inductus missa ad consules legatione
agere de pace cepit. Consules quoque cum omnes sicilie portus cartaginen
sium erant nequirent interclusi commeatus possent ad eam rem
per oportunam siracusanorum amicitiam rati. oblationes regis
non invitati acceperunt. Tandem vero pax hyeroni his ferme condi
tionibus data. Ut rex captivos omnes romanorum sociorumque sine
precio dimitteret. Utque talenta insuper argenti centum romanis
penderent. Commeatus exercitui auxilia ad bellum subministraret.
Ipse rex socius et amicus populi romani appellaretur. Has conditiones roma
delatas populus romanus hisdem quibus consules rationibus motus et simul quia
magna pars belli sublatum iri videbatur cupientissime confirmavit.
Post eam pacem hyeron commeatus et auxilia quotiens opus fuit
subministrando in populi romani tutela usque ad finem vite felix grecorum om
nium fortunatissimusque regnavit. Cartaginenses vero cum intuerentur
hyeronem syracusanorum regem mutata fortuna hostem ex so
cio factum. romanorum autem in dies novum aucti validiori ad resi
stendum potentia opus esse rati ligures et gallos magna multi
tudine plures et hyspanorum generis in supplementum scripsere. Qui
bus in siciliam traductis agrigenti sedem belli caputque suarum
rerum in sicilia constituunt. Opportunitate urbis pellecti quod ea ma
xime in fronte adversus hostes capacissima multitudinis et munitis
sima erat. In hanc igitur urbem contractis undique copiis magnaque vi fru
menti importata. Horreo simul ac belli arce adversum romanos

M. Valerius et C. octa
vianus cons. profecti
sunt in sicilia

Pax inita inter hye
ronem et Romanos
cum his conditionibus

Cartaginenses rerum
caput statuunt
agrigenti [illegible]

Postumius et Q. Emilius cons.

uterebantur. M. Valerius et C. Octacilius consules foedere cum Hierone icto
et civitatibus quae a Carthaginiensibus defecerant in fidem acceptis cum nihil
aliud fere memoria dignum in Sicilia cum gessissent circumacto anno e
provincia decessere. Post hos creati consules L. Postumius et Q.
Emilius in Siciliam venerunt. Hi susceptis ab antecessoribus copiis primo
adventu de modo administrandi belli cum inter se consulerent,
mandatis quae superiores fecerant consules incumbere nec iam levia consec-
tando aut diviso per plures locos bello. Sed ambo simul consules cunctis
copiis Agrigentum ipsum Poenorum caput ac belli arcem invadere.
Ut si iam non recusaret hostis confestim inirent pugnam sin recu-
saret inclusum moenibus obsiderent. Profecti igitur eo consilio Agrigen-
to copias admoverunt. Carthaginienses autem munitionibus urbis

Cons. profecti Agrigentum

confisi ac totius rei discrimen subire non ausi cum intra moenia militem
continebant nec advenientibus Romanis copiam pugnandi fecere.
Consules igitur non longe novem ab urbe stadiis castrametati cum
posteris diebus hostes intra moenia crebris proeliationibus compulis-
sent obsidere urbem parant non ignari magnam vim frumenti
a Poenis iam antea congestam. Sed confisi quod amplius quinquaginta
hominum milia intra moenia obsidebantur eam multitudinem quamvis
magnam vim annonae brevi absumpturam. Cepta igitur obsidione

Cons. obsident Agrigentum

et aliquamdiu iam protracta cum per singulos fere dies inter statio-
nes Romanorum et moenia urbis levia duntaxat proelia fierent nec
hostes quicquam amplius moliri crederentur accepta est paene quadam die
insignis calamitas. Maturae segetes erant. Ac miles quod diuturnam
obsidionem suspicabatur fore frequenter egressus ad segetum raptus
properabat. Studium rei frumentariae vacua fecerat paene castra. Va-

Hanibal cartaginensium dux in agrigento

gus per campum eques sic ordine sine duce volitabat. Haec conspi-
catus Hanibal Carthaginiensium dux, qui cum Agrigento copiisque
praeerat, magnam in spem venerat omnem Romanorum exercitum ea
die opprimi posse. Itaque armari extemplo copias iubet urbeque
repente egressus non levibus ut solebat proeliis sed iusta acie in statio-
nes Romanorum defertur. Oppressis subito impetu stationibus et

Consternatio hostes quae ... cum ... cons. ... maxima [illegible]

magnaque caede edita pars in castra eodem impetu ruens fossas
complere vallum rescindere coepit pars in frumentatores vagos pa-
lantesque dilata magnam per campos caedem edebat. Et in castris

Congressio [illegible]

quidem aegre resistebatur. In campis non pulsi Romani nec alibi consistebant.
Poenus victor ubique exsultabat. Sed virtus profecto cum saepe ali-
as tum maxime ea die rem Romanam tutata est. Consules enim cum plu-
ribus simul locis nullum resisteret nec defendi castra posset

Poenus victor

eruptione subito facta non solum hostes arcere a vallo sed eos etiam
circa pavidi fugarunt. Et qui per campum agebantur eruptione suorum
intellecta recurrere ad castra coeperunt. Paucique reparatis viribus animo-
que adaucto Poenos qui castra oppugnaverant usque ad moenia
persequuntur. Inde in eam partem quae palantes invaserat conversi totis co-
piis proelium agunt. Caedes ea die Romanorum Poenorumque tanta
fuit quippe utrisque initium victoriae victusque extiterat ut iusta utrin-
que acie pugnatum videretur. Ceterum tantus utrosque metus ex huius di-
ei periculo invasit ut neque consules per hac temere milites abire frumen-
tatum pateretur neque Carthaginienses impetum in castra Romanorum
amplius facere auderent. Ita aequato utrinque metu aliquamdiu
quieverunt. Cum itaque ii qui obsessi erant non amplius in Roma-
nos exirent consules diviso exercitu alter ad Aesculapii templum
alter diversa regione urbis ex ea parte quae ad Heracleam spectat ca-
stra movere. Inde ab unis castris ad altera castra duplici
vallo et fossa ab utraque parte urbem cinxere. Per media autem loca cre-
bra castella excitarunt ac praesidiis militum firmarunt. Comme-
atum exercitui Romano sociae civitates in Herbesum oppidum summo
studio congerebant. Ex eo rursus oppido quod eius longe aberrat
milites per commode receptum ferebant in castra. Quinque per hunc
menses Romani Carthaginiensesque mansserunt neutram in partem re incli-
nante. Tandem non cum necessaria propter ingentem multitudinem deficita
apparerent. Hanibal penes quem summa ipsius erat rerum iam diffi-
dens crebris litteris Carthaginem missis circumvallationem urbis et rerum
necessariarum defectum quo obsessi premebantur indicabat. Auxiliumque
ferre monebat. Quibus tandem litteris permoti Carthaginienses

Cartaginenses Hanonem in subsidium Hanibalis in Siciliam miserunt

magnum exercitum magnumque elephantorum numerum in Siciliam transmiserunt.
Hannonemque cum his copiis ferre obsessis auxilium miserunt.
Hinc iam durissima obsidentium conditio reddebatur. Nam si
Hannoni novoque exercitui obviam procederent obsidio tam diu pro-
tracta ac iam paene ad extremum perducta irrito labore erat dese-

Hano herbesum proditione recepit

renda. Sin perstarent in obsidione hanno cum exercitu maiori impune per siciliam socias civitates opprimere commeatus impedire poterit. Re in consilio discussa placuit tandem consulibus haud quaquam abscedere sed quascumque difficultates ut urbe potiantur perpeti. Hanno igitur cum his copiis que noviter in siciliam delate fuerant apud heracleam constitit. Ibi intentus rebus gerendis cum omnia sagacissime scrutaretur sicubi solvende obsidioni valeret. tum herbesum oppidum quod horreum exercitus p. r. ad eam diem fuerat per proditionem recepit facultatemque commeatus romanis ademit. Cum nihilominus perstarent in obsidione consules statuit hanno quo magis facultatem importandi commeatus precluderet. castra propius admovere. Itaque herbeso profectus adversum castra romana exercitum duxit. antequam in conspectum venissent numidas equites ad lacessendum irritandumque hostem premittit. Ipse cum elephantis quinquaginta ac reliquo exercitu sequebatur. Numide igitur ut preceptum erat cum tumultuarie ad castra delati cum equitatum omnem in se concitassent simulata subinde fuga terga vertunt romanosque audacius insequentes in ipsum venientem hannonem precipites trahunt. Hic repente omnia penorum agmina in romanos equites circumfundunt multosque interficiunt. Reliqui effuso cursu castra repetere coacti sunt. Hanno usque ad ipsa prope castra fugientes insequitur. tandem revocatus signis in colle qui thoros dicitur non longius fere quam mille passibus ab hoste castrametatus commeatum importare omnino prohibebat. Ex quo plane accidit non magis ab romanis cartaginenses quam romanos ipsos a cartaginensibus obsideri. Intra urbem enim et castra hannonis inclusi invicem premebant ac premebantur. Nec difficultas sane rei frumentarie dispar. Quippe romani admodum commeatu ab hierone syracusanorum rege ac eo ipso cum summo discrimine sustentabantur qui tamen nonnumquam sic deficiebat impediente hannone aditusque intercludente ut demum eam coacti consules deserere obsidionem viderentur. Nec solum cum rei frumentarie defectu vexarentur et cum ipsis prope diis ab romanis pugnatum. Tanta enim pestilentia exercitum invaserat ut catervae languentium passim iacerent magnusque defunctorum numerus per singulos dies efferretur. Id non gravitate celi quam loci sunt pleraque in ea regione

Hano fugavit Romanos

Difficultas rei frumentarie tum Romanos

palustria et diuturniori exercitus incubatione per autumni tempus evenire constabat. Permanebat tamen in his difficultatibus ferocia consulum qui cuncta dura atque aspera ferre potius quam irrito conatu desistere constituerant. Et hanno quidem penuriam ac pestilentiam qua hostes premebantur cernens copias in aciem non educebat. sperans consules tandem necessitate coactos obsidionem soluturos. Levia tamen proelia per singulos fere dies inter utrosque [illegible] edebantur. Duobus mensibus per hunc modum absumptis cum supra spem obstinatius romani perstarent et hanibal nuntiis atque crebris per noctem ignibus necessaria in urbe deficere nec multitudinem perpeti famem posse significaret permotus tandem his [illegible] hanno et simul quod fame atque morbo maceratos romanos facile superari posse confidebat in aciem copias eduxit potestatemque pugnandi fecit. Nec sane consules invito coacti ob eas quas supra retulimus difficultates pugnare cupiebant. Itaque ut aciem hostium structam conspexerunt parte copiarum ad reprimendum obsessos si qua prorumpere conarentur relicta ceterarum multitudinem adversus hannonem educunt. Signo dato cum acies inter se concurrissent proelium diu atrox fuit. Tandem romani maiori conatu annixi primam cartaginensium aciem loco moverunt motamque in elephantos precipitem egerunt. Belue non sustinentes in suos ruentes totum agmen turbarunt. Per eorum stragem subsecuti centuriones ac signa acriter inferentes ad extremum terga vertere penos coegerunt. Profligatosque insecuti magnam eorum partem interfecerunt. Hanno cum reliquiis effusissima ad heracleam fuga se recepit. Consules elephantis fere omnibus qui proelio interfuerant captis hostium insuper expugnatis castris commeatu et impedimentis ereptis plenissima denique victoria potiti in castra copias reduxerunt. Nocte que insecuta est cum propter ingentem letitiam ut in magna victoria evenire consuevit. tum et propter laborem superioris proelii negligentius ab romanis custodie fierent. Hanibal desperatis rebus tempus ad salutem suam suorumque aptissimum ob eas quas superdiximus causas ratus intempesta nocte cum iis copiis quas agrigenti habebat egressus ad munitiones hostium silentio pervenit. Ibi ydoneum nactus locum fossis manipulisque palearum completis aggeribus nemine penitus sentiente

Victoria Romanorum contra hanonem

Hanibal egreditur civitate ex obsidione suis incolumis

Agrigentum [illegible] expugnatur

cū sine oībꝫ icolumis euasit. Id tanto silentio factū ē ut n̄ prius e ro
manoꝝ castris quisq̄ sentiret q̄ iam plane diluxisceret. Sub p̄mā
uō lucē cū id romani fcm̄ itellexissent insecuti hostium uestigia
paucos tardi[us] iter facientes postremo agmine interfecerunt. Mox
reu[er]si in castra ad urbē capiēdam nullo iā repugnāte cōtenderunt.
Sig[n]a potius ifesta iferunt. exercitum oēꝫ intra meīa iducunt. Urbeꝫ
locupletem ꝛ oī p[re]da refectam diripuit. Septimo tandem mē
se postq̄ obsideri ceptum erat ī. p. ꝛ. potitāꝫ Agrigentum p[er]ue
nit. Tanto sudore militum ac tollerantia ducū Ut ea obsidio
īt paucas quinq̄ fuerit laboriosissima numeret[ur]. Militi p[re]da
oīs a cōsulibꝫ cōcessa. Rome aūt postq̄ nūciatum est fusos p[ro]fligatos
cartaginienses ꝛ urbem captam ī p. ro. potitatem uenisse sub
latis patrū simul plebisq̄ aīs maiora iā agitabant[ur]. Nec aūt
mamitinos a cōsiliariaq̄ tuasse aut cartaginensiū opes cōtudisse
sat putabant. Sed maioꝝ reꝝ spe cōcepta penos oī sicilia pelle
cupiebant ~~Sic eīꝫ non tantum mō reꝝ ꝛ gloriosum sibi noīq̄ ro~~
~~mano existimabant~~ Sic eīꝫ nō tantū mō reꝝ ꝛ gloriosum sibi
noīq̄ romano existimabat fore autoritatem q̄ ꝛ famam apd' ex
teras nationes maiorem ī modum augeri   Quoniā uō huiꝰ bel
li comentaria scripti sumꝰ idq̄ maxima ex p[ar]te ī sicilia gestum ē. totū
uō ut ōndimus p[ro] sicilia susceptum necessarium nob' uidet[ur]
d' situ eiꝰ insule deq̄ populis qui illam icolunt q̄ ab antiquis
tradita sunt hoc loco refferre. Constat ē illā fere toto ma
ri īsulam clariorem celebrarioremq̄ fuisse Sicilia eodem se fere
mō ad italiā hēt q̄ admodum peloponēsus ad aliam cretiā
nisi q[uo]d hec paruo admōm freto ab italia dirimit[ur]. Illa p[er] ma
admodū t[er]ra ad ceterā grecia cōtinet[ur]. Forma uō sicilie trian
guli q[ue]dāmō speꝫ hēt. Anguliq̄ ipi totidem p[ro]motoria ad ex
tremū efficiunt a q[ui]bus trinacriā poete illā appellant. Hoꝝ
q in meridieꝫ uergit angulus ꝛ ī siciliā p[re]tendit pellag[us] pachi
nus uocat[ur] a crassitudine īterfluit ab occasu claudit. Sum
troq̄ sim latere tyrreno mari finē īponit nec fere plꝰ distat
italiā q̄ mille q[ui]ngentis passibꝫ. Tertiū angulus ī libiam ac
hyemalem uergit occasum. Spectat aūt maxie ī ipam carta
ginēꝫ. nec plus fere abest a littore affrice q̄ milia passiū

Sicilia ꝛ claritate
illiꝰ Insule / ꝛ de situ ꝛ

Sicilia paruo admoꝫ freto
ab Italia dirimitur /

Sicilia triangularis est

Asserunt nonulli auctores
no
Qui vero ad septētones
spectat eū vocāt pelorū.
Hic fretū q[uo]d inter Siciliā
Italiāq̄ extuosissīe

c. xxvij. Hic angulus sardoniū pellag[us] a siculo diuidit q[ue] ap
pellat[ur] uō lilybeū. Tria sūt igit[ur] totiꝰ sicilie latera. Unū q[uo]d ad libiā
expoīt[ur]. atq̄ huiꝰ extrema sūt a supiori quidē p[ar]te pachinus
ab iferiori uō lilibeū. Ab his rursus duo latera cōmuno sese co
artātia ad italiā tendunt nō longe a leucopetra īmunim
cōueniētia pelloꝝ efficiunt angulum. Ceteꝝ hec duo latera
q̄ ad italiā coeunt freq̄ntia urbium portuūq̄ nobilitate longe
īclita sūt. Supiori eī q[uo]d fere ad cretiam orientēq̄ spectat solēꝫ
Siracuse. catina tauromeniꝫ ꝛ messana. Inferiori uō q[uo]d tusco
alluit[ur] mari. panormum. drepanū. lilibeumꝫ clarissime urbes
existunt Nam tertium illud latus q[uo]d ad libiā expoītꝫ dixi
mus totum fere iportuosūꝫ ē. Hēt tū urbes. Camerinā. he
racliā. selinuntā. agrigētꝫ Antiquissimi oium sicilie populoꝝ
icoluisse illā dicunt[ur] Ciclopes ꝛ lestrigoēs quoꝝ origo neq̄ q̄
clara ē ut pote a poetis magisq̄ historias memorata. Si
cani post hos siciliā habuēr quos alij indigenas eiꝰ insule
p[er]hibent alij q[uo]d ueriꝰ ꝛ p[ro]babilius est ex hispania uenisse
tradunt sedibꝫ patriis extorres q̄ illis archa Sicanum am
nē fuisse dicunt[ur] Indeq̄ a ligꝫ pulsos ī siciliā transisse. Ab
his sicaniam p[ri]mo uocatam eā insulā ferunt. cū an
trinacria diceret[ur]. Post hos uō siculi ex italia magno exer[ci]
tu ī siciliam traiecere. Fuerunt aūt siculi uetustissimi italie
populi longoq̄ t[em]p[o]r[e] domi potentes ab eoꝝque rege italo
italiam noīatāꝫ p[er]hibent. Hi ratibꝫ p p[ro]pinquū fretum in siciliam
transuecti sicanis ꝛ ceteris eius īsule cultoribꝫ quos sup[er]io re
tuliꝫ bello domitis nō iam sicaniā s[ed] siciliā eā īsulam noīa
uerunt. optimosq̄ ꝛ feracissimos agros in ea tenuerunt
Sicanos aūt in extremas sicilie p[ar]tes ad meridieꝫ ꝛ occasū
u[er]sas pepulere. Fuit aūt transitus siculoꝝ ī siciliam. ccc. fere ā
nis p[ri]usq̄ ulla grecoꝝ classis ī siciliā cōstitueret[ur]. Confecto
deinde troiano bello ulixeq̄ uerso troiani quidā p[ro]fugi nauibꝫ
ī siciliā aduecti finitima sicanis incoluerunt loca. Atq̄ in his
urbes condidere hericē ꝛ segestum. Phenices insup mari po
tentes plerāq̄ archa siciliā p[ro]muntoria incoluere ꝛ insulas
omnes q̄ sūt int[er] affricam ꝛ siciliā quas mercature grā frequēta

Origo Sicilie

Hispam [illegible] Sicania
[illegible] dicta Sicilia [illegible]
[illegible]

Troiani p[ro]fugi cōdīt hericē
ꝛ segestam

bat. He quidē gentes ⁊ ab his pfecte locis ⁊ nūc siciliā quas
mercatē gr̄a frequentabant. He quidem gentes ⁊ ab his pfec
te locis ⁊ nūc siciliā incolunt. Alij uō eius insule cultores
plurimi greci sunt, q uū orti ⁊ quibꝫ tpribꝫ in siciliam uenerit
dinceps aperiā. Primi enim grecorum calcidenses euboia pfec
ti Duce Teocide naxiꝫ urbem ī sicilia ꝯdidere, q postea tau
romeniuꝫ appellata. Anno deinde post naxium ꝯditam secūdo.
Corinthij duce archia qui fuit unꝰ heraclidarum siciliam nauibꝫ
adducti. Siracusas pulsis ex ea urbe siculis occuparunt. co
loniamqꝫ sue gentis ī ea ꝯstituerunt. Erat tunc solum ea si
racusarum ps ineibꝫ circuita q insula uocatur ⁊ hac siculos huius
se ꝯstat. Mox crescente multitudie alie subinde ptes ad urbem
sunt addite quo ad ī eā q postea fuit magnitudinem accreuit. He
due prime grecorum urbes ī sicilia fuere. Sunt aūt ab hac pte
que est int pachinuꝫ ⁊ pelloꝝ. Quinto deīn post siracusas
ꝯditas āno theocles ⁊ calcidēses naxo pfecti leontinos ⁊ ca
tinaꝫ urbes superatis ꝑlio siculis pulsisqꝫ ex his locis ꝯdidē.
Coloniasqꝫ sue gentis ī eas deduxere. Per idem fere tps
lamis quidā megarensis nouos colonos ī siciliam duxit. Cō
sedit aūt apꝰ pātagiū amnē opidūqꝫ ꝯdidit noīe trotillum.
Inde pꝰ aliqd tps a leontinis pulsus aliud opidum ī colunt
noīe tapsum. Eo subiū mortuo megarenses ex tapso pfecti
hibleos occuparunt Ibi cū ānos quīqꝫ ⁊ qdraginta supꝰ du
centos ī coluissent a gelone siracusanorum tiranno sedibus pul
si sꝫ eorumqꝫ urbes euisa. Sꝫ anqꝫ eūsa foret ānos cētū centū
nona ex megaris acta manu selinūtem urbem pulsis ex ea
regione phenicibꝫ ꝯdidē. Gelas deinde rodius ⁊ antisinus
cretensis, cū int se iūcti federe coloniam suarum gentium in
siciliam deduxerunt urbemqꝫ posuerunt noīe gelā. Regio
tū ipa ⁊ agri ī qbus sita ē urbs lindij appellantur. Deducta
ē aūt ea colonia āno quīto ⁊ xl. postqꝫ corinthij siracusas ha
buere nomiqꝫ ē urbi īdictum a gela fluuio. post gelam uō ꝯdi
tam āno octauo supra centesimū geloi isti agrigentum ꝯdide
re. Principes uō ī deducenda colonia ꝯdendaqꝫ urbe agrigē
to fuisse phibent Aristonus ⁊ pistilus nomī uō agrigenti

ab amne q preffluit urbi indictū est. Per idem fere tps cumanā
q ciuitas ē italie a calcide orta ī siciliam pdatorijs nauibꝫ
traiicientes zanclam occuparunt siculosqꝫ ex ea urbe pepu
lerunt ⁊ colonia sue gentis a cumis ⁊ calcide ī eam dedux
erunt. Principes uō ī deducenda fuerunt pieres cumanꝰ ⁊
cratimanes chalcidensis. Zancla uō a forme similitudine no
uiata ē quom siculorum lingua falcem significat. Priores igr̄ zanc
le cultores post pulsos siculos a cumis ⁊ calcide fuerunt. Sed
posteris tpribꝫ multitudo hoīuꝫ a samo ac cetā ionia medos
fugiēs ī siciliam uenit cumanisqꝫ ⁊ calcidensibꝫ pulsis zanc
lam ipi īcoluere. Nec multo post id tpus anaxilas reginorum
tirannus samios inde pepulit. Zanclamqꝫ ueterem urbem
euit nouāqꝫ nō longe ab ijs locis posuit quā messanam nū
cupauit atqꝫ ex mixto gñe hoīuꝫ eam ꝯpleuit. Itaqꝫ lingꝰ ī
ea urbe obtinuit mixta int ionicā ⁊ doricam. Messanam uō
ab antiqua patria sua ꝯditor appellauit. Sita ē aūt uiꝰ di
ei iter lōge a zancla. Adheserunt qꝫ his locis siracusani
qdam exules p seditionem patria pulsi q melitide uocabantur.
Hi tū postea oēs a mamertinis pulsi sūt qs fuisse cāpanos
supꝰ docuimus messanāqꝫ occupasse. Acre uō ⁊ casmene opi
da a siracusanis ꝯdita sꝫ. Acre qdem septuagesimo āno
pꝰ siracusas. Casmen. xx. post acras ꝯditas Camarina qꝫ sira
cusanorum colonia fuit. Deduxerunt eam dascon ⁊ menaco
les ānos. cxxxv. pꝰ siracusas a corinthijs occupatas. Sꝫ
cū postea rebellassent camerinēses ab ijsdē siracusanis euisa
ē camarina. Restituit post illam gelas tirannus siracusanorum
coloniāqꝫ ī eam iterum duxit. Et h rursus a gelone tirāno euisa
est. Idē ipē q euerterat postea restituit ⁊ nouos colonos pul
sis ueteribꝫ īposuit. He ciuitates grecorum usqꝫ ad tps pelopōne
siaci belli ī sicilia fuē. Ex qbus sati ē sempr nomis aduenis qbꝫ
dam in ea īsula ppotentibꝫ ut sicani ⁊ troiani pyrro a siculis
pulsi īuicē coirent cuiqꝫ noīe elemi appellarentur. locaqꝫ in
colerent ad carthaginē uersa. Federe qꝫ ⁊ amicitia cū fenicibꝫ
iuncti. Et postea siculi ipi a grecis ualidioribꝫ superati ac ple
risqꝫ locis pulsi mediterraneam duntaxat sicilie regionem ad

Zancla colonia Cumanorum post pulsos siculos
Pieres cumanus et cratimanes chalcidensis
Anaxillas
Zancla nuncupata est messana
gelas

Romani statuerunt omnino cartaginensium potentiam e sicilia delere

L. Valerius et T. Octavius

Cartaginenses plurimum pollebant maritima potentia

Italia vexabatur per naves cartaginensium

Ro. per cartaginensibus

Animositas Romanorum

italiam in suam retinerent. Cartaginensium deinde potentia maiorem in modum aucta femices iterum insurgentes graecas fere omnibus in sicilie dominabantur quoad maritimam post occupatam messanam cunctos vectitores cum a hyerone bello premerentur ex his quas superius memoravimus causis romanos in siciliam superduxere: Romani igitur primum fuso hyerone rege mox in amicitiam recepto agrigento in super capto et hostibus magno prelio superatis statuerunt omnino cartaginensium potentiam e sicilia delere. Quare eo proposito acri inhibentes L. Valerius et T. Octavium sequentis anni consules magno militum delectu habito in siciliam mittunt. Cartaginenses autem insuperabiles romanorum vires ac propositum belli cernentes terrestribus copiis non amplius congredi sed maritima potentia qua plurimum pollebant incumbere statuerunt. Magna igitur parata classe cum sine ulla controversia mari dominarentur non solum maritimas sicilie civitates in fide continebant sed dinissimum litus adnecti. italie oras crebro populabantur atque ita quodammodo equatum erat bellum romanis terra cartaginensibus mari prevalentibus. Huiusce rei argumentum fuerit quod post expugnatum agrigentum multa sicilie mediterranea opida ob metum exercituum ad romanos defecerant Post adventum autem classis non pauciores maritime urbes metu potentie adducte cartaginensibus se dediderant. Itaque par utrinque ratio belli existebat nisi quod affrica quidem expers omnino cladis. Italia non nunquam hostium incursionibus vexabatur. Hec igitur cernens p. r. classem parandam et adversus cartaginenses mari congrediendum quando aliter nullum finem habiturum apparebat. necessitate quadam adducti cogitavit. In quo maxime omnes admiretur p. r. generositatem et incredibilem quandam magnitudinem animorum Homines enim maritimarum rerum penitus rudes adversus cartaginenses mari exercitatissimos quibus iam inde a maioribus parta et veluti hereditaria relicta erat navalis potentie gloria et principatum successione omnium per id tempus obtinebat classemque magnam habebant. Ipsi sine ulla classe sine ullis navalibus sine experientia denique ulla navis raptis facie mari una congredi sperabat nihil interesse putantes terrane an mari adversus hostes congrederent. Hac igitur cupiditate incensus. p. r. centum et xx. navium classem hedificandam

Ro. exercitatione rudium ad remum. Ro. p.

C. Cornelius C. Duelius

Lippare insula

Hanibal dux cartaginensis

Bonodes senatus cartaginensis missus ab hanibale cum xx navibus. Cornelii naves reclusit

Captus Cornelius ad hanibalem panormi ...

curavit. harum non centum quinqueremes fuerunt relique triremes. In huius classis apparatu maxime difficilis fuit quinqueremium confectio cum huiuscemodi navigiorum usus per id tempus in ytalia utebatur nec erat qui eorum edificationem teneret. Ceterum una cartaginensium quinqueremis quam dudum apud Messanam a claudio consule excepta fuerat. exemplar eius genus faciendi prebuit ad hanc respicientes fabri quinqueremes edificarunt. Dum naves fiebant interea multitudo rudis ad remum exercebatur. Exercitatio eiusmodi erat subselliis in harena per ordinem collocatis remiges insidentes ad vocem preceptoris brachia reducere ac remos per harenam movere docebantur. Iam C. Cornelius et C. duellius consulatum inierat. Classis Cornelio. terrestres in sicilia copie duellio obvenerat. Itaque C. duellius in siciliam profectus exercitum a superioribus consulibus accepto que ad bellum pertinebant frater administrabat. Cornelius autem parata classe et in mare deducta cum homines aliquandiu in aqua exercuisset. ipse cum xvi. navibus messanam contendit. Reliquam vero classem iuxta italie oram subsequi iussit. Cum messanam pervenisset consul ac ea que necessaria erant pro tempore parvissent negotiis possecutibus easdem habens naves lipparas navigavit. Lippare insula est in tusco mari sita non longinqua a sicilia quam milia passuum Per idem tempus cartaginensium classis panormi consistebat. Preerat autem illi hanibal qui ducem apud agrigentum fuisse ostendimus. Is igitur cognito adventu consulis Bonodem quendam ex senatu cartaginensi hominem cum xx navibus circa ea loca dimisit qui noctu lipparas superveniens naves romanas in ipso portu nactus inclusit. Cornelius subito malo circumventus cum quid ageret quo sese verteret haud satis constituere posset metus spem et trepidationem in colloquium evocatus fraude punica intercipit Ut enim in colloquium venit cathene illi iniecte sunt et perpetuo abducitur. Ita xvi. romanorum naves una cum consule romano abducens ad hanibalem qui panormi cum reliqua classe erat magna confecta re Bonodes rediit. Auctissime hoc initio fortuna cartaginensibus videbatur. Sed paucis post diebus quasi in alterutros eludens non dissimili clade illos afflixit. Hanibalem enim non tam errores captivum consulis per aliena exempla reddiderat cautiorem quam extulerat secunde res et ad fiduciam iam erexerant. Itaque cum audisset reliquam roma

Victoria Romanorum de Hanibale

norum classem secus italie litus navigantem sicilie apropinquare
cupiens ordine structuramque hostium cernere quinquaginta navibus
e sua classe delectis italiam petit. Ibi cum prope oram italie contrario
quam romana classis cursu ferret in eam improviso incidit circumdatus
que ab hostibus ac subita in oppressus naves fere omnes amisit.
Ipse quoque interceptus ac plane in clausus cum iam pro captivo haud
dubie haberetur preter spem suam atque hostium inter manus delapsus tan
dem cum paucis suorum evasit. Romani hic primum Cornelii
consulis adversum casum et amissionem navium apud lipparas
ipsis cartaginensibus qui captum erant referentibus cognovere.
Itaque compensata utriusque clade et merore et letitia permixto iter
conficere in siciliam properaverunt ne desperatis forte rebus animos
ad cartaginenses conficerent. Cum ergo in siciliam pervenisset. C.
duelium alterum consulem qui in siciliam profectus supra condictum
sui adventus certiorem fecere eumque instum se expectare conside
rant. Consul quod mari potius quam terra congressuros cartaginenses
putabat. Quippe iam pridem ut dominus terra cedentes rei navali
intendebant curam extatis tribunis militum commissa. ipse ad ea
loca in quibus classis romana erat contendit. Cumque non longe ab
esset hostium classis ac futurum prelium appareret ad certamen
sese utrique parabant. Romanorum valide quidem sed tarde et ad
celeritatem parum commode erant naves. Cartaginensium non
celeres ac veloces. Hinc igitur parati metientes romani quo ludi
ficandi facultatem preriperant hosti. corvos quos ferrea vocavere
singulis aptant navibus. Ea fuit machina in hunc modum structa
ligneum robur in prora destinebatur longitudine quatuor ulnarum
latitudine vero trium palmorum. Super id robur tabule inherentes sca
las conficiebant. Quarum erat latitudo pedum in superiore longitudo ulnarum
sex hec utrinque ab utroque latere genu adusque munite erant. In
corum vero extremo ferrum erat in malei formam acutum. Anul
lusque in super fune alligatus imminentem machinam sustentabat. Ut
ergo adherebat hostium navis laxato fune scale dimittebantur
ferrum pondere ac in roboris super hostiles naves delapsus fige
batur. Si adversa prora erat milites bini per scalas descendebant
duo primi scuta preferentes reliqui subinde latera scutis protecti. Sin

In machina corvorum inventa a Romanis appropinquaverunt naves

obliqua erat hostilis navis in eam coherentem ex tota simul navi de
siliebatur. Ita ludificandi facultate prerepta pedestre stabileque cer
men hostes certare cogebantur. Structis pariterque omnibus quibus
ad prelium opus fuit. Consul adversus hostes pugnaturus navig
avit. Cartaginenses per id tempus non longe a milis stationem habebant
qui ut adventare hostes intellexerunt magno affecti letitia quod mari
timarum rerum experientia se longe prestare ac nequaquam in eare sibi pares
esse romanos arbitrabantur. Centum et xxx. navibus adversus ho
stes in altum feruntur tanto contemptu ut ad predam se non ad pu
gnam proficisci iactarent. Ut ergo appropinquarunt inter se naves mach
ine in singulis proris conspecte aliquandiu incertos pro rei novita
te penos tenuere. Tandem quicquid id foret omnino spernentes tandem
te ipsi itaque hominum derisa contrariis proris in classem romanam feruntur.
Romani ut institutum erat corvis repente dimissis utque
quique obviam ierat navis colligabant. Inde in eam evadentes
cominus gladiis rem gerebant. Itaque xxx. cartaginensium
qui primi in romano impetum fecerant brevi capiuntur inter quas
fuit pretoria septiremis quam pirrus epirotarum rex in ytalia et in sicilia
lia habuisse dicebatur. In ea tunc vectus hanibal cartaginensium dux
cum in recto cornu expugnaretur in schapham prosiliens saluti sue
fuga consuluit. Reliqui vero cartaginensium qui aliquo intervallo
sequebantur. Ut primas suorum naves ab hostibus captas intellex
ere ad ludificandi artes conversi non contrario impetu sed obliquo
in romanos ferebantur. Per hunc namque modum violentiam corvorum
se declinare posse existimabant. Sed cum ita instituta essent machi
ne ut in quamvis partem inniti possent nil eis proderant artes sive
enim ex latere sive ex transverso appropinquarent continuo corvis impli
cite ac herere coacte expugnabantur. Ita captis plerisque et ex
pugnatis reliqui tandem in fugam vertuntur. Supra quinquaginta naves
in eo prelio cartaginenses amisere. Romani victores pulsis ac
fugatis hostibus rei maritime gloriam tunc primum vendicarunt. Hec
victoria quam grata populo fuit. honores. C. duelio consulis. ob ea pos
tea tributi ostendunt. Nam ob eam triumphavit modo speciose. verum et post tri
umphum illi datum est ut quotiens a cena rediret tibicinem sibi ad
finale preirent ob memoriam rei geste quod ipse primus omnium romanorum

Pirrus epirotarum rex

Romani fugatis Cartaginensibus triumphum ...

... triumpho C. Duelii

hostes navali prelio superasset. Dum hec mari geruntur exercitus p. r. qui a
consule relictus tribunique mandati ordinibus magnis inter se conten
tionibus agitabatur. Sociorum enim auxilia virtute et gloria pugnandi cum ur
banis copiis disceptabant. Ea parvo orta principio tandem eo contentionis
processere ut socii a romanis discederent. ac per se ipsi castra metarentur. Id cum
intellexisset hamilcar qui terrestribus copiis in siciliam preerat impulso il
los aggressus supra iiii milia sociorum interfecit. Reliqui in castra roma
na depositis iam contentionibus rediere. Romana classis per plurimum in se
gestanam oram navigavit. Nam segestani quidem in amicitiam p. ro.
iam venerant ob eamque rem a cartaginensibus obsidebantur. Eo cum preve
nissent romani confestim hostes fugati obsidionis periculo socios liberat.
Mox in profectu macellam urbem circumsistit atque expugnat. Extremo
cum estatis hanibal cum his qui superfuerant prelio navibus cartaginem redit.
Ibi cum rationem gestarum a se in sicilia rerum senatum exposuisset rursus
cum classe in sardiniam mittitur. Iam enim romani eo profecti sardos corsosque
invaserant. Cum igitur in sardiniam pervenisset hanibal belloque in his locis adver
sus romanos gereret tandem in portu quodam inclusus classem amisit.
Ipse tamen solita arte inter hostium manus elapsus evasit. Sed mox a suis
comprehensus et in crucem sublatus occiditur. Proximo deinde anno nil dignum me
moria in sicilia gestum. Creati deinde consules. C. Sulpicius et A.
Atilius cartaginenses per id tempus panormi copias habebant. Itaque consules
ut primum in siciliam traicere panormum confestim profecti structa acie urbem
ante cum potestatem provocandi hostibus fecissent nec illi contra educerent pugnamque
detractarent rursus in montem hyppanam oppidum aggressi
tandem expugnaverunt. Mutistratum quoque licet maiori aliquanto militum
labore ab hisdem consulibus captum. Post hec in camerinenses hi paulo
ante defecerant a romanis exercitus ducitur. Eorum quoque urbe machinis et tormen
tis expugnata capitur. Capta est et ab hisdem consulibus ethna et alia quedam
sicilie oppida. Lippare quoque ab hisdem consulibus obsesse. Per idem fere tempus
alia navalis pugna inter romanos et cartaginenses committitur. Atilius
cum tindaris qui classi romane preerat apud tyndaritanos statione habebat. Is
cartaginensium classem non longe ab littore conspicatus extemplo suos
naves conscendere ac se prope sequi in hostem iubet. Ipse celeritate preveniens
cum x. solum navibus longis cum alia classem in altum defertur eo consi
lio quo hostes parum conspicere parumque structe iterum facere videbant. Cum ita

quam appropinquasset

quam appropinquasset hostium classi subito illi conversi incredibili celeritate roma
norum naves circumsistunt ac primo impetu novem submergunt.
Pretoria dumtaxat navis in qua atilius ferebatur celeritate freta in re
morum evasit. Interim hec reliqua classis romana in altum delata
obvios excepit hostes. Hic per magnum certamen romani x. na
ves cartaginensium plenas cepere. viii. mari submersere reliquas
naves fuga arrepta in lipparas ut ab initio institerant se rece
pere. Ceterum ex eo prelio hac opinione utrique evaserunt ut primas
victorie partes sibi ipsis vindicarent romani quia maiorem navium numerum
cepissent. quia denique hostes fugassent. Cartaginenses quia novem
romanorum naves primo impetu submersissent quia inferiores numero
totam classem romanam aliquamdiu sustinuissent hinc accensi studiis
maiora parabant. Rome interea sepe in senatu sepe et apud plebem
agitatum est an bellum transferre in affricam prestaret. Facilem enim
ubique descensum et imbelles libie populos esse constabat. Preterea
ut in longa pace omnis generis preda refertos agros. Ea res trans
ferre illo bellum hortabatur et ab sicilia facilius detrahi cartaginenses
posse domi iniecto periculo videbantur quam si in sicilia ipsa certaretur. His
rationibus tandem consulibus permissum ut si id e romano po. existi
marent fore copias in affricam traducerent. belloque ab sicilia in
libiam transferrent. Et ad hoc paulo amplior decreta quinque re
mium ccc. et xxx. Consules erant. M. Attilius regulus
et M. Manlius viri fortissimi et in primis bellicarum artium periti.
Hi cum in affricam traducere copias statuissent e messane portu. Ibi
namque tota classis romana convenerat moventes preter dextrum
sicilie latus superato pachinum promontorio conomon venerunt
quia in his locis exercitus legionesque classem expectare iussi presto
labantur. At cartaginenses cognita romana voluntate dimisso
ipsi consilio bellum in sicilia retinere et transitum in affricam hostium
impedire constituerunt. Ad hoc ipsum maiorem classem et illi paratam
in quadringentis et quinquaginta naves erant libri continebant. Cum ergo
hic quidem traicere in affricam ille non prohibere propositum esset atque
ex eo certamine haud dubie apparet futurum romani delectos mi
lites in navibus collocarunt qui et navali prelio sufficerent et in terra affrica
expositi bello gerendo ydonei forent. Cumque equites quoque portandi

10

Magnitudo classis Ro. et affricanorum

Classis cartaginensis

Hanno et hamilcar duces cartaginensis

eēt naues cōplures quibȝ eq̄ traicerent ad classez adduntᵉ. Pa
ratis tādez oībȝ nauez ↄscendunt singulis quiqȝ remibȝ. ccc.
remiges ⁊ legionarij milites. c. xx. īponebantᵉ. Erāt nimirum
cartaginenses pariter romaniqȝ suabāt. Fuerunt autē ī clas
se romana hoīuȝ milia sī sup̄ centū ⁊ xl. Cartaginenses nō
delectos soluȝ ad nauale p̄lium hoīes classi īposuerant. Hoꝝ
tū magnitudinē nō mō p̄sīs q̄s ⁊ cernēs necꝫ ⁊ audiēs
obstupescat. Totam q̄dez classez q̄driptito cōs. diuiserat.
Haꝝ singule p̄tes duabus appellatoībȝ nocatibantᵉ. Prima
quidē p̄s p̄ima acies ⁊ prima classis. Secūda itē ⁊ t̄tia eodē
mō. Quarta nō ⁊ postreā ut ī pedestri exercitu triarij appella
bantᵉ forma et structura totī agminis in speciez trianguli fuit.
Cuiꝰ in p̄ima erat frōte sexremes due quaꝝ ī alta. M. Atiliꝰ ī
alta. L. Manliꝰ ferebatᵉ. hos p̄ima ⁊ scd̄a classis ab utroqȝ cor
nu seq̄bantᵉ. ita ut rostrum cuiqȝ secūde nauis eē respiceret.
Per huc mōm dilatatis paulatim aciebȝ trianguli resultabāt
latera. Medium int̄ has ibat t̄tium agmen cui rates equīȝ
erant tribute. Triarij extremū claudebant parit̄ extenso ag
mine q̄ basiz trianguli facientes. Hec forma expeditissima ⁊
ad resistendū aptissima uisa ē. Cartaginenses interea lilibeo
soluentes heracliam ueneraꝫ. Inde cōspicatam romanam clas
sem ī q̄tuor ⁊ ipsi p̄tes copias diuisere. Haꝝ tres ī altūȝ dela
te extenso longius dextero cornu q̄ hostez circūuenīre ↄsiste
bant. Quarta id sinistrum erat cornu q̄ hostem p̄ litꝰ
ad stabat p̄tis oībȝ ī hostem ↄuīsē. Duces erant cartaginen
sium hāno ⁊ hamilcar. Quoꝝ hāno cū uelocibȝ nauibȝ ex
oī classe delectis dextero p̄erat cornu. Hamilcar nō cū oī robo
re medīȝ agmen regebat. Sic igᵉ utrimqȝ structe cū iam ī p̄p̄i
q̄ eēnt cartaginenses magꝰ ac t̄ribili clamore sublato romanōs
īuadunt. Reclamatᵉ ab romanis altiꝰ ut nimiꝰ infeste illis occ̄
ritᵉ. Consules p̄imo statīȝ ↄgressu tenuez ⁊ extensaz hostium
aciem nacti suā nō firmaz ⁊ ↄpositaz ut ex utrīusqȝ structura
ↄuenīꝰ medium penoꝝ agmen magꝰ impetu p̄rumpit. Illi nō
celeritate freti. ideqȝ ab hamilcare p̄imō docti ut romanoꝝ classez
disiungerent ex ↄposito cedunt. Quo f̄co p̄ima ⁊ scd̄a romanoꝝ

classis cupidius īsecute longe ab reliq̄s separantᵉ. Nā t̄tia q̄dem
classis cui rates equitum tributas ↄueniꝰ itez triarij q̄ extremū
claudebant agmen tardiꝰ seq̄bantᵉ. Cū itaqȝ longe disiūcti eēnt
a sine signo ē nam hamilcaris ut cū ↄuenerat sublato repē
te naues hostiuȝ undiqȝ ī romanos uertuntᵉ ac p̄imā ⁊ scd̄aȝ
classez ī quibȝ ↄsules erāt circūsistunt. Cōmittitᵉ magᵐ p̄liuȝ ac
dubio euentu aliq̄diu pugnatᵉ. Hānonē dextero cartaginensiuȝ
cornu p̄fuisse diximus. Is ubi pugᵃ īplicatas ↄspexit p̄imas roma
noꝝ acies a pellago cū suis nauibȝ ↄuīsus triarios īuasit. Cō
mititᵉ ⁊ apꝰ triarios atrox p̄lium diuqȝ hānoni resistunt t̄tium
romanoꝝ agmē cui rates equitum tribute erant aliq̄nto p̄cessāt
Hoc q̄ȝ quarta cartaginensium acies īuadit a littore. Ita
tres nauales pugne uno ī t̄p̄e diuīsis locis ↄmittuntᵉ. In q̄bȝ
celeritate q̄dez ambiendi ē ludendiqȝ longe p̄stabant cartagi
nenses s̄ȝ cū ad manus uētuȝ erat robore ac uirtute romanī p̄ua
lebant. Numerꝰ aūt nauiū singulis pugnis erat pene par. Nāȝ
⁊ due cartaginensium acies aduersus duas romanoꝝ q̄ p̄imo
cucesserant ⁊ alijs ī locis singuleᵉ aduersus singulas ↄtesse certabāt
Hic quos clamores q̄s strepitꝰ quos demuqȝ casus fuisse dixeriȝ.
Tria magᵃ p̄lia unū sub t̄p̄s paribus iter se diuisa spatijs telis
⁊ gladijs īmissiōe nauium ⁊ oī p̄tutis certamina ↄspiciabantᵉ.
Multe ubiqȝ fracte naues mlt̄e salo īmerse uectores naufrag
os p̄ undas effuderant. Alios tabulis alios remis multos ī sax
tis ipsis cūntētes. Rubescebant cruore fluctꝰ. Naues p̄ corpora
hoīuȝ iter facē cogebantᵉ. Clamore ac uociferatiōe celum ac lit
tora resonabant. Versabantᵉ ē ī ea pugᵃ naues rostrate paulominꝰ
q̄ septingente p̄t onerarias q̄ aut traicīēdoꝝ gratia equoꝝ aut
ↄmeatus cā secute fuerant. Itaqȝ id nauale p̄lium structura acieꝝ
⁊ multitudine nauigioꝝ terestre quoddāmō uidebatᵉ. Tantato
igitᵉ ac taȝ atroci certaminē tandez uictorie initiuȝ inde ortum
unde pugᵃ cepat. Consules ē ābo ī p̄ima pugᵃbant acie. Hi cir
cūdati ab hostibȝ cū diu forte restitissent demū cohortati suos
uiolentia ⁊ robore naues cartaginensium p̄rumpunt. Alios
capiunt: alios submergunt. Si que naues resistebant ī eas
cornus iectis milites t̄ūscendebant ac sūma ūtute dimicabant

Ambiendi et eludendi cartaginenses. R. prestabant uirtute autem et robore romani preualebant

Contentum bellum hoc fuit regum acerbum

Initium uictorie Romanorum

Hanno fugam arripuit

Cos. in libiam navigarunt

Proderatque non parum quod in omnibus consilium res gerebatur. Plura enim mi
lites ipsius fecerunt vel ignominie metu vel glorie cupiditate quam ulla virtu
te. Ipsi quoque cons. tales erant, ut quemvis et ignavum ad fortitudinis
opera querent incendere. Primum omnium pugnas capessere laborantibus
succurrere. Ubi maius erat periculum ultro se offerre alios co
hortari. alios monere. his bonis artibus impigre facti tandem
hostes exsuperant. Fit magna cartaginensium cedes multe eorum naves
submerguntur aut capiuntur. Reliqua sese fuge mandarunt. M.
attilius regulus ubi prima classe profligatos hostes fugatosque consp
exit. collectam ad eorum reliquias persequendas relicto ipse cum secunda an
cie integris navibus triariis succurrit. Illi ab hannone circumdati. eum
perdem summo in discrimine versabantur. Adventu consulis triarii au
dacius resistunt. Consul magno animo in classem hannonis ruens incre
dibili virtute hostes invadit. Fit et hoc loco magna cedes. Naves
multe expugnantur nonnulle fracte et armamentis nudate solo mer
guntur. Denique ancipiti malo circumventus hanno quod a fronte simul
et a tergo oppugnabantur fugam arripuit ac celeritate facta in altum
defertur. Restabat tertia pugna que littori erat proxima. in hac romani
plurimum laborabant. Nam et aliquanto maior hostium numerus
illos circumsteterat et ita in arctum coegerant ut vix explicare se possent.
Denique iam perdem pressent in corvos veriti cartaginenses immittere
naves formidassent. Hoc igitur metu ab invadendo abstinebant.
Sed arte quadam circumseptos propellere ad littus nitebantur. Nec etenim
iam longe aberant ut ulla salutis spes superesse videbatur. In hunc
modum laborantibus uno ferme tempore Attilius victor a triariis et Ma
nlius a prima classe diviso itinere succurrit. Nactique in medio hos
tes frequentes eorum naves plenas capiunt. Reliqui littus adacte frangu
ntur. Romani tribus maris preliis hostibus superatis ubique vic
toria potiti fuerunt. Fracte sunt in his preliis romanorum naves
quatuor et xx. Cartaginensium non super xxx. Plena autem nulla
romanorum a cartaginensibus capta. Ipsorum non quatuor et lx. romani
plenas cepere. Post hanc pugnam consules paucis diebus in
sicilia commorati quas ceperant naves reparant. et ad classem adiun
xerunt. Firmamento deinde ac ceteris que usui sunt impositis nullo iam
prohibente in libiam navigarunt. Accessum est in affrica promontorium

longe in pelagus contra siciliam protendens. Eo romana classis primo ap
plicuit. Inde rursus structa atque parata ad urbem clipeam pervenit.
Cos. non longe ab urbe copiis in terram expositis naves subduxerunt.
ac vallo et fossa circumdarunt. Inde ad urbem clipeam versi obsidere
illam et oppugnare aggrediuntur. Cartagine interea valde trepidatum
fuerat cum et suos duces navali prelio superatos et romanos victores
advenire in affricam nuntiaretur. Cunctique enim opinio consules recto iti
nere cartaginem ipsam infestis signis petituros. Itaque hannones ipse cum his
navibus que reliqua fuerant a pugna cartaginem accersitum armatis
insuper urbanis copiis tutari urbem portumque iusserunt. Sed postquam cog
novere expositis in terram copiis navibusque subductis clipeam urbem
ab romanis obsideri posito domum metu exercitum parare ac terra hos
tibus occurrere statuerunt. Dum copie a cartaginensibus parantur. cons.
inter hec expugnata urbe clipea presidioque militum imposito. omnes
subito copias in agrum cartaginensium educunt. nulloque obsisten
te longe lateque regiones populantur. Villarum edificia opulentissime
ornatissimeque structa incendunt. predam omnis generis capiunt. Capti
vorum hominum capita xx. ad naves adducunt. His rebus gestis
legatos romam mittunt qui expositas in terra affrica incolumes copi
as et captam urbem clipeam ac cetera ab eis facta exponant. et qui
una sit locorum quante hostium copie. que consulum animus quibusque opus
ad bellum sit. senatum populumque edocerent. Post missos legatos cons.
longius cum exercitu progressi alia subinde appetendo loca cuncta ferro
igneque involvunt. Concitatur affrica ut in urbe solo ac diu pac
cato aderat populus imbelles et ad predam nati milites facile dit
tabant. Cum hec essent nuntiorum litere senatus afferuntur quibus alterum consu
lum cum parte copiarum italiam redire iubebatur. Alter cum reliquis copi
is manere ad bellum in affrica gerendum. Cognita igitur senatus voluntat
te et si periculosissimum videbatur tam remotis alienisque regionibus
tamque valido terra marique propinquo hoste copias disiungere presertim cum
magnos delectus habere. et undique exercitus cogere exercitus nuntiaretur. tamen
ut dicto senatus pareret. inter consules convenit. ut M. attilius regulus
cum xv. milibus peditum et quingentis equitibus navibusque rostra
tis. xl. in affrica remaneret ad bellum cartaginiensibus inferendum. Man
lius autem cum cetera classe ac aliis omnibus copiis in italiam redi

Expugnata a cons. urbs clipea

Erat hostium opinio consules recto itinere cartaginem petituros esse

Cons. omnes copias in agrum cartaginensium educunt

Bagrada fluuius

Horribiles serpens

M. attilio occisus

duces cartaginensium consule obsidetur adys [illegible]

cret. Hec igr paratione copiaz et exercitus fcã. Manlius captiuis ac p̄da
nauibz ipositis ex affrica soluens. siciliaz p̄mo mox italie oraz
p̄ternectus ac tiberina icolumis hostia puenit. Regulus aut p̄
college discessum cu residuis copiaz rursus agrum hostium
ingressus magna isup clade regionez affixit. Per hoc tps apd
bagradaz fluuiuz castra hens. M. Attili serpentem horrende ma
gnitudinis ap ripas eius fluuinis stabulante balistis et ca
tapultis oppugnatuz occidit. cuius pelle corium romã delatuz.
C. xx. pedum longitudiné huisse qdam incorie pdiderunt.
Post h urbẽ quaz aduimoeant obsidẽ ac oppugnare aggressus
ẽ. Dum circa illam morat' consul itera cartaginienses magis
equitum peditiqz copijs magis isup elephatoz inuo contracte
duces p̄fecerant duos hasdrubalez hannonis filium et bostarii.
Accersierant eciã hamilcarez a sicilia q̄ nauali p̄lio intfuisse
commemorauimus. is heraclia solués milia peditum quiqz ac
sescentum eqtes siculo bello exptos cartaginem tuneat. terciqz
ipe dux additus curã belli una cu hasdruballe et bostoro hrẽ
iubet. Cu de administrando int se duces consultarent bello
placuit copias aduersum romanos adducẽ ac sinis q apd adyn
obsidebãt opẽ ferre n tantã uastitatẽ populationez qz regionis
cõ decus nois ipsiqz sin tolerare. Romani iaz aggerẽ ad urbẽ
adegerat ac summa ui adyn oppugnabat. n opidani resistẽ diuti
potuiit. Ob h p̄pãtes cartaginensium duces cu oibus copijs
pfecti i p̄ximo colle edito atqz aspo loco castra posuere. ita ut int
castra et urbẽ romani medij ẽent. Attili oẽz uictorie spem i ele
phãtis et equitu hrẽ hostes itelligebat. his ẽ longe p̄stare. Ro
bore aut legionum ipares ẽẽ. Ut igit hãc eoz spem oportune
p̄uerterent minime expectandum censuit. donec hostium copie i
planitiem descederunt. Sz uocatis tribunis centurioibz qz de
secõda uigilia duabus legiõibus circuire mõtez ac e diuisa a
castris regione hostes inuadẽ. ac i se q̄ maxie cõtraire iubet.
Ipe uõ quã p̄mum iterrat subcolles cu reliquo exercitu succedit.
Tribuni ac centuriones ab attilio p̄missi cu p̄ma luce mõtẽ
i festinus ascendere cepissent. oĩs repente multitudo e castris se
se obuiam illis effundit. Sz neqz equitat p abrupta ac p̄duna

loca qeq̃ ualeat. n elephãtoz op' erat ullũ. Ueterani tñ milites
insup e sicilia cu hamilcare aduecti e supiori loco egregie dimica
bant. legionesqz romanas qued̃ referre aliquo coegerant. Ad ea
ẽ tñ itinere romani aduei maz ac uaz loca pene supabant. In
eam pugnã itentis cetoz aĩs consul repente alia ex pte supato
mõte pp̃ter hostium castra apparuit. Condamari ceptum ue
hementissime a castris. Quo clamore conteriti q p̄liabantur
omisso p̄oii certamine adũsus consulem recurrebant. At hi q
cu attilio erant supiores nacti locum facile hostes deiciũt. Et
tribuni legionesqz q modo pedem retulerant acrius i hostẽ
cõũsi ab radice mõtis istabant. Ita i medio circũuenti hostes
undiqz cedebant. Deniqz magna pte eoz cesa reliq sese p abrup
ta p̄cipites dantes euasere. Romani pulsis fugatisqz hostibz
et illoz castris potiti ad urbem quã obsidebant reuertunt. cu
qz sublata auxilij spe confestiz capiunt. Post h attilius cuz ex
citu p̄fectus oppidum tunes. xv. milibz passuũ a cartagine
circũsistit. atqz expugnant. Apud id oppidum qui opportunis
simũ bello urbi cartaginis iferendo uidebat consul legiones collo
cat sedeqz ea belli atqz arce utitur. Cartago ei i p̄montorio q̃dãz
sita ẽ in mare p̄tendẽs. sup̄ urbem uõ q̃ id p̄montoriuz ad ceteraz
affricaz continet palus regionez coartat ita ut p̄ua admodum
planities int paludẽ et altum mare relinquat. In his uõ lo
cis tunes est oppidũ. quod int paludem ac littus regionem
claudit. nec plus distat a cartagine. q̃ xv. milibz passiuz.
Apud id ergo oppidum consistens. M. attili'. omnez a t̃ra additũ
cartaginensibz abstulerat. nec multum ea res ab obsidione distab
at. Cartaginenses uõ igentibus p̄elijs mari t̃raqz ab romanis
supati amissa isup agri pte et magnis cladibus afflicti exiguaz
spez salutis trahebãt. Post nouissimus ẽ p̄lium q̃ ab romanis
fusi fugatiqz fuerant. numidaz igens multitudo spe rapinaz
pellecta i agrum cartaginensez p̄datum uenerat. A qbus plu
res p̄pe clades isfligebant cartaginensibus socijsqz q̃ ab romanis.
Multitudo ẽ uaga et rapax quãta isup locoz oĩa rimabat. Fu
ga simul hoĩuz pecoruqz ex agris i urbez cu tumultu et trepida
tioẽ oĩuz erat hoĩuz pecoruqz ex agris i urbem cu tumultu et tre

Victoria Ro.

Situs cartaginis

Tunes [illegible] paludem ac littus regionem claudit

pidatioē oium erat. Amisso frumento populatis agris ĩpendenteĩ
sup obsidionis metu ab romanis. fames haud mediocrit' premē
urbem cepit. Tantis afflicti cladibz nc qd agent. nc q' se uerteret
satis apd se ostituē potant. Placuit tandez qm cetera oia extre
ma uidebant' legatos ad osules mittē. si de pace cũ romanis
onenire posset. Maxie nõ ea fiducia ad pacem petendam du
cebant' q longo an id bellum tpr federa et aiatie fuerant
int' romanũ et cartaginensium pplz otracta. ac nup ĩ pyrri epiro
taz regis aduentu mag osensu utriqz popli renouata. Itaqz
hoc fundamēto supioris beniuolentie putis discordias facili
sarciri posse arbitrabant' qm ñ odio nz acerbitate susceptum erat
bellũ. Sz metu qdaz maioris potentie q' ne occuparet' italia ro
mani formidarant agere de pace ceperunt. Multa circa id a car
taginensibus legatis dicta cir pacē ocedi petentibus pstina amic
tiaqz pstaret. Amicitiaz isup et federa sepius int' utriqz pplz
renouata ex scripto. recitarunt et se fidos uetustosqz. p. Ro. so
cios asserentes. causas aut' belli nõ ex qbz daz iniuriis. Sz mamtinos
pitioē cohortaz attemiare susceptaz cũz intebant'. Quoniaz uõi
federz mentiones iacimus. utile putam' ab initio repetentes. fe
dera ipa ut scripta ouentaqz fuerant p cognitioē eoz hoc loco
iserere. Primum fed' int' utriqz pplz initum ē statiz p' Tarquiz
regno pulsum. L. iunio Bruto et M. Valerio cos. in q' hec fere
ophēsa fuerũt. Amicitiaz fore p. R. cartaginēsiqz. itez romanoz
cartaginensiuzqz sociis. Nõ nauigare romanos sociosue roma
noz ultra pmontoriuz pulcri. Siqs eoz in coact' his locis ap
plicuerit nichil emito. nichil sumito pter q ad sacra ul' ad naui
gia. intra diē quitũ abito inde. Mercatoris cũ si aduenerint imm
unitas esto. Pret' scribaz et pconez. quot aut' pntibz his i affrica
aut sardinia uenũdata fuerit de his. publica fides esto. Si
romanoz qs i siciliã uenerint. qbus i locis cartaginensis pplus
imperet equa sint oia. Cartaginenses iniuriam non iferant ar
deatibz. antiatibz. arcinis. circeis. tharracinēsibz: aliisue latinoz:
quot parent Ro. po. Siqua ciuitas non paret aliena esto. Si
qd' oppidũ ceperint ĩ latio cartaginenses. p. R. integrum re
dito. Nullũ ĩ latio psidium edificato. Si phostes introierit ĩ

Placuit cartaginensibus ... ad consules ... pace legatos mittere

Primum fedus inter romanos et cartaginenses factum

his locis nõ pnoctendo. hec fere pmo federe ophensa fuerãt. Post
hoc aliud fedus initum ē i q' additi sut Tirii et Uticēses. Cuius
federis uba fere hec sut. Amicicia esto. p. R. sociisqz et cartaginē
sibz tiriisqz et uticensibus. Ultra pmotoriũ pulcri no licere nauiga
re romanis sociisue. nec pde gra. neqz mercature. Neue qd' opi
dum his locis hrē. Si qua oppida ĩ latio cartaginenses cepiyt si
ea romanis nõ parabant pda illoz esto. oppida reddito. Si q
captum adducti fuerit ex libris poplis. quibus cũ fedus sit. p.
R. i portus. p. R. nõ adducato. Siqs adductus fuit. si romanus
aphenderit dimittito. Idez romani faciat ĩ his locis qbus
cartaginenses ipent. Si aquam ul' comeatuz sumpsit roman'
iniuriaz nõ iferto. Cuibz amicicia sit uel fedus si non fuit puat'
abito: Si fecerit publice iniuriam esto. In sardinia et affrica nul
lus romanoz sociorue negotiatori neue opidum possideto.
Preter cibaria l' ad nauigia si qua ius detulerit i terra quitũ
diem abito. In sicilia qbus locis cartaginenses imperent. Item
cartagie romanos facito negotiatoriqz quot cuiqz licet. Item
cartaginensibz rome ius esto. Cartaginenses iniuriam nõ infe
runto ardeatibz. antiatibz. circeis. tharracinēsibz. et ceteris ut su
piori federe expssum est. Post hoc aliud fedus int' romanos
et cartaginenses initum est. Per id tps q' pyrr' e pyrothaz
rex i ytaliam et siciliaz traiceat. In eo federe eadez ophenduntr.
Deinde adiungunt' hec. si amicicia cũz pyrro iierit faciant am
bo ut auxilium ferre alterutri liceat. iis qbus belluz ifertur.
Si cartaginēses sociiqz romanoz auxilium postulabunt. naui
gia pbeant ad traiciendum belligerandumqz si romani pos
tulabunt cartaginēses mari oppitulent'. tuitam nõ uti desce
dant nullus opellito. Stipendia utrqz suis psoluito. Hec erat
federa iter utriqz popluz litterisqz romane latinis cartagine
feniciabus ereis tabulis i publico scripta. quue recitantes legati pa
cem se apd' M. attilium facili oseq posse arbitrabant'. Consul se
haud ignarum federis ee rũdit. Atqz eo grauis' offensuz p. R. q
cartaginenses bellum q pacez offerente nup Apio claudio osu
le maluissent. Naz licuisse. p. R. mamertinos liberz pplz i ami
cicia suscipere haud ambiguum ee. cũz i affrica tũ et sardinia

Aliud fedus inter p. r. et cartaginenses

Aliud fedus

Responsum ad legatos cartaginenses super pace

hec oppidum romanum ex federe prohibita essent. tu sicilia autem non
essent. Cum non se ea de re disceptationem omittere. quam illi ipsi numquam
iure federis introduxissent. sed ferro potius vendicandam putassent.
Ut autem ad punica videat pacem se haud abnuere consulem petentibus
daret. Ceterum esse eius qui dat pacem conditiones dicere. Ita
que si pacem velint cartaginenses. omnia senatus. p. q. R. arbitrio
potestatique permittant. eas latum leges que ab illis prescriberentur
ad consilis sunt usque adeo superbum legatis visum est. ut confestim
reclamarent. quod oratione tandem ad extremum victis
foret impatiens. Unde re infecta abeuntes cum in senatum cartaginensium
ea retulissent. tanta est indignatio cohorta. ut continua
voce reclamarent. mortem potius ac extrema omnia esse subeunda.
mentesque a pacis spe ad belli gerendi studium mirifice convertere :-

Comentariorum primi belli punici leonardi aretini liber
secundus Incipit :--

RESPONSO. M. ATTILII.
CONSULIS. IRRITATIS. CArtaginensium animis et a spe pacis ad studium
rei bellice quantum numquam antea conversis: uti in extremo solet venire discrimine
maiora quedam enixiori studio parabantur. Itaque duces preficere.
exercitum reparare. copias cogere summa industria non cessabant.
Ex gallia atque hyspania. item ex grecia scripti milites quotti
die navibus afferebantur. Accesserat et xantippus lacedemonius
rei militaris peritum. Is cartaginem cum aliquamdiu adductus
percunctando ac sciscitando cum quemadmodum superati essent
cognovisset. nichil indigne passos cartaginenses ait. siquidem
imperite freti potentia a peritis hominibus superati essent. Errata subinde
quibus res eius forent. quasi disciplinam quandam aperiens docuit.
Oportuisse his in locis castrametatos esse. sic aciem struxisse. sic elephantos.
sic equitem. sic peditum robur collocasse. Hec iactando atque
iterando grecia facundia effecit. ut antiquatis ceteris ducibus.
summa rei bellice uni sibi mandaretur. Cura igitur exercitus per hunc

non [illegible]
aut [illegible]
parationem

Carthaginiensium [illegible]
[illegible] non [illegible]
[illegible] [illegible]

modum suscepta instruendo militem atque exercendo brevi composuit. et servare
ordinem disciplinamque coegit. Tantaque brevi tempore. ob hunc virum spe
facta est conversio animorum ut qui modo ne conspectum quidem romani exercitus
sustinere possent. ultro iam postularent. ut ad hostem duceret.
Cognito igitur militum ardore cartaginenses fortunam plus experiendam
rati adversus hostem copias dimisere. Ducebat autem xantippus
non per colles aut montana loca sed per campos ut prius docuerat. Quoniam
enim equitatu elephantisque plurimum valebant. ea declinanda aspera de
clinia atque vitanda. plana vero appetenda illis ostenderat. M. Attilius
cognito hostium adventu. quamquam mutatam consuetudinem et
peregrinam disciplinam supervenisse intelligebat cum dimicandi cupidus
obviam processit. Sicque castra hostium castris quam proxime admovit.
Ita ut spatium non amplius quam mille. cc. passuum interesset. In
hac propinquitate xantippus extra vallum primus copias educit
potestatemque pugnandi facit. Instruenda acie prima fronte elephantos
ad unum constituit. Post hos aliquo intervallo multitudinem
urbanam collocavit. Dextero deinde ac sinistro cornu conductitium
militem omneque robur veteranorum distribuit. Expeditum quoque
militem ab utroque cornu inter alas equitum prodire iussit. Consul
ubi productas hostium copias prospexit. militem et ipse confestim
producit. aciemque haud extantem struxit. Adversus elephantos expeditos
toto exercitu electos exposuit. Post hos multiplica subsidio
aciem firmavit. Signa autem militaria non in fronte. sed intra aciem
constituit. Equitatum vero in utrumque divisit cornu. Fuit tota acies
in fronte angustior. Ceterum multiplici subsidio firmata. quod ideo
providerat consul ne ab elephantis perrumpi agmen posset. Cum non
ut ad violentiam elephantorum utiliter id a consule provisum. sic
ad proelium circumventionis inutiliter. Nam cum longe equitatus multitudine
prestarent cartaginenses. coartatio ipsa atque conglobatio aciei
facilem hostibus circumdandi facultatem prebitura erat. Structis
utrinque aciebus cum tube canere cepissent. xantippus simul elephantos
concitari in romanos. simul ab utroque cornu equitatum quam infestissime
ruere iussit. Acriter adversus hos concursum est ab equitatu
romano. Et magna virtute ab utroque cornu inter equites dimicatum.
Et adversus elephantorum vim expediti milites valde resiste

Congressio xantippi et
consulis Roman. M. attil

bant. Quin et qui i leuo romano cornu pugnabant declinato bellantium impetu i dextero cartaginiensium cornu ruentes. magnam cedem edidere. ac tandem i fugam ab ea parte uersos hostes usque i castra persecuti sunt. castraque ipsorum oppugnare ceperunt. dum hi circa castra morantur interea uariabilis fortuna prelii cepit. Equites enim romani post longam pugnam ab equitatu hostium superati cum tantam multitudinem sustinere non ualerent. sese ad legiones ab utroque cornu recepere. Magnum uero ac terribile certamen circa elephantos iusebatur. Bestie enim pluribus ex locis i expeditos quos extra ordinem oppositos diximus ruentes plerosque eorum feda strage conculcarunt reliquos i fugam uersos palantes egerant. Set cum ad legiones uentum esset. bestie subsistebant. Firma enim ac solida romana acies elephantorum impetum sustinebat. nec prorumpere patiebatur. hoc certamine longe maxime fuit. conatibus elephantorum magnis aciem prorumpere. Romanis autem denso ac solido agmine tamquam uno corpore resistentibus. tunc hinc inde uarie luctantibus. uariaque fortuna prelii obsistente xantippus ut solidam romanorum aciem labefactaret. circuire equitatum ac extremos a tergo lacessere iussit. Quod cum equites pluribus locis facerent. ac legiones romane necessario contra equites conuerse illi resisterent ac propellerent. interim rarefacta acies. atque disiuncta ab elephantis perrumpitur. hic cedes et strages passim fit cepta. tantum hec ad duo milia romanorum militum. quos a leuo cornu superatis hostibus usque i castra persecutos diximus. cum circumuentam aciem romanam conspicerent. ut facultas remeandi ad suos daretur. quoniam media loca hostis tenebat. fuga arrepta i clipeam euaserunt. Ex reliquo autem exercitu ad quingentos dumtaxat uiui capti. et i his .M. attilius consul. Reliqua omnis multitudo uel a bestiis conculcata uel ab hostibus cesa interiit. Cartaginienses parta uictoria i incredibili gratulatione ac letitia i urbe copias reduxere. Maximo tum spectaculo fuit .M. attilius consul ingens exemplum rerum humanarum qui modo tot uictoriis gloriosissime partis terribilissimus erat hosti. Et cartaginiensibus supplicatur pacem orantibus. iniquam esse uiam pacis si se suaque dederent reuiderat. Is tunc uictus nec potentia modo uerum etiam libertate priuatus. i eorum potestatem quos paulo ante contempserat deuenit. Post hec cartaginienses omnibus copiis profecti clipeam urbem quam satis magno presidio romanorum tenebatur. Et

iam ad duo milia ut diximus hominum ex prelio confugerant obsederunt. Rome uero ubi profligatum i affrica exercitum. captumque attilium consulem ac reliquas copias i clipea obsideri nunciatum est meror ac luctus ciuitatem peruasit. atque eo acriter quo magis contra spem accidisse uidebatur. Conuersi deinde ad curam salutis eorum qui i clipea obsidebantur. magnam classem parandam statuunt. et in affricam dimittendam. Cartaginienses interea clipeam obsidebant. ac summa ui oppugnabant. Set tanta erat militum qui obsidebantur uirtus. tantaque prudentia ut omnis hostium conatus i irritum caderent. Quobrem desperata ad extremum expugnatione cum insuper classem parari ab romanis qui rursum i affricam traicerent. nuntiarentur. obsidionem dissoluerunt. et ad curam parande classis. et ipsi incubuerunt. Per hec tempora xantippus Lacedemonius qui prelio fuisse ducem ostendimus. incertum qua de causa repudiata belli cura i grecia abiit. Sunt qui putent inuidiam quam plus nimio iam sibi officere sentiebat. emigrandi consilium assumpsisse. Alii fortunam temptare iterum aduersus romanos horruisse. ne pulcro initio turpem finem iponeret. Utrumque tandem fuit. Abiisse illum constat. inter primam uictoriam et secundum apparatum belli. Eius qui secutus est anni principio uenis cartaginienses ducentas naues. tot enim parauerant e portu cartaginis dimissas circa siciliam et media loca obseruare nauigationem romanorum et ipedire miserunt. Romani autem effecerant classem ccc. et L. nauium. Cum his .M. Emilius et Ser. fuluius consules i affricam traiecit. Et iis qui i clipea obsidebantur milites subsidio miserunt. Consules igitur primo i siciliam classe traducta. cum inde rursus in affricam nauigarent non longe a Mercurii promontorio ducentas hostium naues quas ad obseruanda ea loca impediendamque nauigationem romane classis a cartaginiensibus dimissas ostendimus obuias habuere. Commisso cum his prelio romani et uirtute et numero nauium longe prestantes. Quippe. ccl. rostrate romanorum aduersus ducentas cartaginiensium congresse dimicabant primo impetu uictoriam adepti sunt. Quatuordecim super centum cartaginiensium naues i eo prelio romani accepere. Victis ergo fugatisque hostibus. cum i affrice littore copias exposuissent. ac milites qui in clipea erant suscepissent paucis diebus i affrica commorati

Victoria Cartaginensium de consule

Cons. victus et libertate privatus venit in potestatem Cartaginensium

Cartaginenses obsident clipeam

Romani magnam classem statuunt

Cartaginenses dimittunt obsidionem

Xantippus Lacedemonius relicto bello circa Greciam abiit

Cartaginenses obviant Romanis cum ... navibus

Victoria de ... navibus cartaginensium

Aduersa tempestas in classe romanorum

rursus inde soluentes siciliam repetunt. Transmisso prospere pellego qd'
affricam siciliamq; intiacet extremum sicilie latus, qd' ad libiam
exponit temere. Ibi cum non pasil camerina essent. in tantam
calamitatem inciderunt. ut scribere qs uel audire phorreat.
Aduersa siqdem tepestates subito cohorta ita classem dissipauit.
ut oia circu littora naufragijs oplent. Incredibilis multitudo
cadaueru ppuncdas feret. Ex nauibz eius quatuor 7 lx. supra
qdrigentas uix octoginta icolumes a tempestate relicte sunt. Re
lique oms aut submerse undis aut scopulis ifracte. Maius

Non credendum esse [very uncertain reading]

aut naufragium nemo ante ura etatem factum audiuit. Qd'
accidit temeritate 7 obstinatione osulum nautis eis sepius mo
nentibus. uitandum esse extremum sicilie litus. qm id impor
tuosum ac infestum esse presertim i ea iam tempestate. Inter Orio
nis eis et canis signa nauigationes faciebant. Illi pupendetes nautaru uoces dum fiducia potius uictorie elati urbes quas
dam hostium p id lit' cape pperant. gratia pue admonitos spei
imaria damna calamitatesq; se incecere. Ita pulcerrimas res
gestas. naufragia fedarunt. Cognitis ijs que romane classi ac
ciderant cartaginenses. qm nec terra se impares esse romanis
pp superius prelium aduersis. M. attilium osulem fcm. nec
mari pp ingens detrimentum ex naufragio acceptum puta
rent. maiori iam aio ad pedestris simul maritimasq; copias
parandas animant.

Cartaginenses audito naufragio Ro. classis hasdrubalem in siciliam mittunt

Hasdrubalem itaq; cum oi ueterano exercitu
nouoq; insup delectu habito. 7 centum xl. elephantis i siciliam
miserunt. ac ex ueteribus nouisq; restitutis classem ducentaru
nauium effecerunt. Hasdrubal igitur prospere traiecto pellego co
pijsq; oibus 7 elephantis icolumibus lilibei expositis roma
nos 7 socios p siciliam ifestabat. Romani aut 7 si grauiter ca
lamitates ex naufragio accepto patrum simul plebisq; fre
gerant aios. tamen ne cedere cartaginensibus uiderentur.

Romani curarunt nouam classem edificandam

nouam classem. C. 7 xx. nauium edificandam curarunt. Quod
tanta celeritate factum est obstinatis in bello aiis ut nonagesimo
die p cesam i siluis materiam: in mare naues deducerentur. Cum
ea classe aulus aquilius 7 c. cornelius cos. petere siciliam bel
lumq; aduersus penos inferre iussi messanam puenerunt. Ibi ac

ceptis que superfuerant nauibz ex naufragio. tota simul classe.
ccc. quoq; remes hc fuere profecti panormum que una urbs p id
tempus socijs. p. r. maxime ifesta erat magna ui aggrediuntur.
Per idem fere tps. M. attilium regulum/ qm sup captum diximus.

M. attilius missus Rome pro redemptione captiuorum

cartaginenses romam miserunt. Causa uo mittendi fuit. qr co
mutationem captiuorum fi optabant. Idq; p fauorem eius uiri se
facile osequi posse arbitrabantur. Uerum ea res otra euenit. Nam
cum romam uenisset attilius atq; de ea re i senatu uerba fecisset.
rogatus ut ipse sententiam diceret. dissuasit fuit comutatiois faciende.
Inter cetera inqt uereri se ne ueneuum uo psentarium cartagin
enses sibi pbuissent. Id ex qbusdam rebus quas referre sup
uacaneum foret. no immerito suspicare. Ob ea uerba cum po

M. attilius regulus supplicio a cartaginensibus afficitur

stea cartaginem re ifecta redisset supplicio affectus e. Rome qq;
in quosdam nobiles cartaginensium q captiui asseruabantur o
uindictam. M. Reguli seuitum. Dum ea rome geruntur. ifesti osules panormum suma ui terra mariq; oppugnabant. aliqd' tps cir
ca illa osumorati tandem eam ptem urbis que neapolis appellabatur

Captum panormum a Romanis

machinis ac ui militum ceperunt. quo facto reliqua urbis ps
metu adductis ciuibus osulibus dedita. Capto panormo osu
les psidioq; imposito. cum nichil fere aliud gessisset e prunciam
decessere. proximus dehinc annus cos. huit. C. Seruilium

C. Seruilius et CN. Sempronius cons. primo in siciliam missi et affricam petunt

7 CN. Sempronium hi accepta classe. cum primo i siciliam tra
iecissent. placuit inde rursus affricam petere. Delati igitur oibz nau
bus cum plibz i affrica locis copias exposuissent. magnasq; ubiq;
itulissent clades. tandem i lotofagorum isulam q meninx dicitur.

Lotofagorum insula

nec longe abest a magna sirte puenerunt. Ibi ignoratione regionis
i arcta qdam inadentes longa refluxu maris i arido destituta clas
se inopes osilij aliqdiu osistit erunt. Cum pene despata salus esset
tandem rediens unda eos recepit. nec aliter tm qr iactu oium one
rum euadere potuerunt. Itaq; p' hac necessariorum penuria ac me
tu prioris pculi. sic iter fecerunt. ut fuge similis eorum nauiga
tio uideretur. Post multos labores i siciliam reuersi panormum

Cons. cum classe redeunt panormum

ostinuerunt. Ibi aliqdiu omorati cum italiam romamq; repeterent
cohorta subito tepestas in altum abripuit. lateq; dispsit. Sup

Naufragium classis Romane

centum 7 xl naues ex ea classe uarijs i locis naufragio pi

Incipit anno lxx nouus aduersus penos in Sicilia romanorum ...

L. Cecilius Metellus et C. Furius consules

Romani sextodecimo [illegible] carthaginensium [illegible]

P. R. studet ad noua paranda classem

C. Attilius et L. Manlius cons.

Hasdrubal carthaginensium dux.

ere. Tantis calamitatibus acceptis p. R. et si turpe existimabat tamen tandem damnorum magnitudine superatus mari abstinendum ac terra aduersus penos pugnandum statuit. Itaque eo qui secutus est anno non amplius quam septuaginta nauibus ad traducendum in Siciliam copias. frumentumque portandum romani usi sunt. Cum hic L. Cecilius Metellus et C. Furius consules exercitum in Sicilia traducere misserunt. terraque tantum aduersus hostem bellum gerere. Quo facto accidit rursus cartaginensium rem superiorem esse. Nam et mari sine contrauersia dominabantur sublata romana classe. et terra magnas copias elephantosque habebant. Quorum tantus erat terror post Attilium uictum atque profligatum ut biennio iam romani nullo alio quam elephantorum metu a planis abstinerent collibus semper montibus uitarentur. nec in campis pugnas capessere unquam auderent. Quamobrem ad extremum p. R. hoc exercitus metu animadverso necessitate ipsa compulsus ad studium parande classis rursus incubuit. Et iam alter consul C. Furius comitiorum causa romam euocatus consules designauerat. C. Attilium et L. Manlium. Conuersis igitur ad rem naualem animis et futurum annum spectantibus. preter spem omnium res prospere a L. Metello in Sicilia geritur. Hasdrubal enim cartaginensium dux. cum relictum consulem alterum in Sicilia cum parte dumtaxat copiarum ex captiuis cognouerat Lilibeo profectus exercitum elephantosque in panormitanum agrum induxit. Metellus cognito hostium aduentu. intra panormi menia exercitum continebat. metumque de industria maiorem simulabat. Cum per plures dies fecisset neque hostes quidem aut calones exire paterentur partis elatius maiori fiducia hasdrubal uastato undique et incenso agro tandem copias panormi menibus admouit. Metellus cum appropinquaret menibus uelocem quemque et expeditum militem emittit usque ad initium distinere hostem iubet. Aduersus autem elephantos qui illi plurimum terrori erant. hac arte pugnare monet. telis uerubusque bestias impetere. Ubi ille irate in eos magno impetu ferrentur. usque ad fossas urbis militem refugere. et in fossas ipsas se dimittere. inde rursus cum bestie recederent. pone aggredi. insequique eas conari. Multitudinem insuper urbanam ab ea parte oppidi pro

menibus constituit. et ubi appropinquarent elephanti tella confertiam in illos iacere precepit. Ipse partis structisque reliquis copiis diuersa regione urbis ad leuam hostium cornu spectante intentus rei bene gerende subsistebat. Nichil eorum que cogitauerat Metellum fefellit. Nam et expediti urbe egressi incepta pugna hostem distinuerunt. ac elephantorum magistri plurimum sibi arrogantes et uictoriam suam esse uolentes confestim. ut ceptum pugnare est bestias in expeditos concitarunt. Et illi telis in bestias coniectis cum citatiori gradu in eos ruerent infestiusque sequentibus in fossas urbis se dimittentes. eorum impetum frustra sunt. Cum enim ad aggerem fossarum peruenissent bestie uno in tempore a militibus ex fossis et a multitudine urbana ex menibus sagittis et scorpionibus feriebantur. Cumque ille ultra aggerem progredi non possent ac necessario terga uertenda forent egressi confestim e fossis milites ac pone illas ferientes in agmina cum ingenti suorum strage concitarunt. Turbatis in hunc modum hostibus. Metellus repente alia urbis parte eductis copiis magno impetu inuadit. Illi iam pridem a bestiis turbati et tunc subita in oppressi. uix primum impetum sustinere. fugaque passim fieri cepta est. Metellus fugientes insecutus nullo in loco consistendi hostibus aut reparandi uires facultatem permittit. Fit magna cartaginensium cedes. Multa eorum a bestiis suis conterruntur. Ex hoc prelio Hasdrubal cum parua exercitus parte fugiens euasit. Reliqui aut capti aut interfecti sunt. Elephanti omnes in potestatem uictoris uenire peruenire. Fuit autem numerus captorum elephantorum. C. et xl. qui postea rome in triumpho a Metello ducti sunt cum summa admiratione p. R. quia quas paulo ante supramodum formidauerat bestias eas tunc uictas captiuasque conspexit. nec tamen ex presenti uictoria fructum suscepit. quantum quod iam contempnerent elephantos. nec ob eos terreri milites dedicassent. Metellus rebus magnis gestis e prouincia decessit. Hunc secuti consules. C. Attilius et L. Manlius maiori quam antea conatu Siciliam inuadunt. Mari quidem classe magna in qua amplius quam ducente naues rostrate fuerunt. quas superiori yeme paratas diximus. Terra autem uictore exercitu etiam cartaginenses et elephantos aspernante. Lilibeum in Sicilie

Victoria p. R. a Metello de Hasdrubale

Lilibeus est Sicilie promotorium ... Rom. ... nostro ... amplissi...

Cons. obsident urbem Lilibei

promotoriuz i affricaz spectans. ac in eo urbs eiusdem nois amplis
sima et munitissimo loco sita. Ea sedes ac portus cartaginensium
erat. Hanc igr urbem cosules obsidere ac mari terraqz oppugnare
parunt. Sperantes si eu locum cartaginesibz ademisset. facile post
hac eos Sicilia pellere. et bellum in affricam traducere posse. Pro
fecti igr eo cosilio mari classe. terra pedestribus copiis: Lilibeum
obsederunt. Erat autem hic annus .xviii. huius belli. Cartaginenses
non cu propositu romanorum intuerent. nec lateret eos Lilibeo amis
so i affrica recipiendu esse bellum. quod illi periculosissimu exti
mabant. omni conatu Lilibeum tuare constituerunt. Iam enim
omnes Sicilie ipsi urbesqz preter admodum paucas romanis pare
bant. Cum ab initio messana. mox syracuse atqz catina. inde ag
rigentum et panormu cu ethnensibus et tyndaritanis ac aliis
complurib3 ciuitatibz: uel ex federe. uel manu capte romanorum p
tibus accessissent. Lilibeum tum et drepanu. et alia quedam opida
perpertina cartaginensibus. in extrema Sicilie parte restabant.
Consules igr Lilibeum obsidentes binis castris urbem sepserant.
fossamqz et aggerem inter castra deduxerant. Crebraqz per ea lo
ca castella excitarant. Stagna sunt ante urbez ex ea parte que ad
mare spectat. per ea stagna ingressus est in portum difficili ad
modum nauigatione. Nec nisi expertis cognitisqz obtinenda. Nec
loca romani stationibz comprehenderant. et ne quis ingredi egredi
ne posset curiosissime obsinabant. Machinis inde et arietibus longo
sudore ipsis menibz admotis. sex continuo turres ab ea ipsa parte que i
mare spectat euerterant. Reliqs non eodem modo per singulos dies
imminebant. Quassata igr murorum parte cetteris non laborantibus ter
ribilis erat admodu obsidio et intra urbem summe trepidabatur.
exanimata metu urbana multitudine. et militibus mercede
conductis quorum ad .x. milia intra urbem cartaginenses habebat.
non fere meliori modo euentuz expectantibus. Ceterum unus himil
con qui presidio urbi preerat obsidionem romanorum magnitu
dine ai et cosilio sustinebat. Nec eiz iam inde ab initio incipi
ens quaqz romani muros arietibus quassabant. alia ipse in
tra urbez menia muniementaqz sufficiebat. Adiussus aut cuni
culos ipse aliis cuniculis eductis laborem obsidentium frustra-

Himilcon presidio urbi preerat

batur. Eruptionibus et crebris interdiu uel noctu machinas in
cendebat opa turbabat aut dirruebat. Verum hec talia erant.
ut procrastinationez captiuitatis non salutem obsessis allatura
uiderentur. Itaqz non nulli conductorum qui ordinem i presidio cartagi
niensium ducebant. de prodenda romanis urbe cosilium inerunt.
traductis in hanc sniaz commilitonibz principes ipsi munitiones
transgressi in castra romana proficiscuntur. Affati cosules. et que uol
uerant pacti. tradere urbez festinabant. Erat i presidio cartagin
ensi Achens quidem alison ueteranus miles ac probate fidei.
Is cum ea que de proditione agitabatur forte a comilitonibus
didicisset. confestim himilconi prefecto presidii rem pandit. Il
le ab initio magnitudine periculi commotus et si inopinata re
maiore immodum obstupuerat. nec rationem cosilii satis expli
cabat tamen celeriter ad se reuersus et aio confirmatus. omnes
qui ordinez i presidio ducebant accersiri iubent. Conueniunt omnes
preter eos qui iam in castra romana transierant. himilcon pre
sentibus rem sibi notam aperit. obtestareturqz per iouem ac ceteros
deos ne iure iurandi religionem neue se ducez optime de ex
ercitu meritum prodere hostibz uelit. Magna insuper premia sibi
fide permanentibus pollicetur. Cum audissent omnes se in eius potes
tate futuros. proinde ageret ac suo arbitratu uteretur. quod iam
reliquum erat ad placandam gallorum multitudinez militum.
quorum principes in castra romana profectos constabat. Hanibalez
adolescentez eius filium quem in sardinia post amissam clas
sez sublatum in crucez diximus. qui galli sub patre diutius milita
rant. et magna gratia apud illos erat adolescens dimisit. Ad
illos itez milites alexona ire iussit. et magna item premia mul
titudini polliceri. Horum precibus oblatisqz tandem uicti milites
propositum mutauere. Itaqz aduenientibus mox principibus con
iurationis eosqz noiatim uocantibus ac fidem implorantibus non
modo non paruerunt cruminatu telis et lapidibus insequuti pro
cul fugarunt. Ita ex manifesto proditionis periculo Lilibeum seruatur.
Obsidio Lilibeonis duram dies magis ac magis obsessos pre
mebat. et aut assiduo ope fatigati milites. aut crebris preliis
uulnerati. remissiori spe i dies uiuebant. Cartaginenses aut qui

Conspiratio ... Cartaginensium de tradendo Lilibeo Romanis

Remedium ...

Hanibal

Lilibeus seruatur ex manifesto proditionis periculo

Hanibal destinatur a cartaginensibus in subsidium liliboe

Himilcon sub machinas et tormenta [illegible]

quod nichil eorum que lilibei agebantur cognoscere non poterant. tamen coniec
tura quadam difficultates obsessorum suspicati. quinquaginta navibus
ad hoc ipsum paratis .x. milia militum imposuere. Cum eo siple
mento hanibalem hamilcaris filium audacem iuvenem ac
singularis scientie rerum navalium mittunt. At si qua possit lilibeum
penetrare iubent. Hanibal accepta classe primum ad egusam
insulam que fere media est inter cartaginem et lilibeum navi
gavit. Nactus deinde prosperum ventum quem diu industria ex
pectarat. ab egusa solvens in ipsas fauces lilibeani portus recto iti
nere ferebatur. Consules subito ac inproviso hostium adventu
perculsi navibus adversus hanibalem congredi noluerunt. veriti
ne magnitudine venti adversante una cum hostibus in ipsum
portum naves sue compellerentur. Armati tamen ad litus si qua hos
tes ab ingressu deterrere possent concurrerunt. Hanibal nichi
lo magis deteritus cum suis navibus advolant intrepide arma
tas legiones que utrasque partes fauces portus obsidebant ingre
sus. incolume suplementum lilibei exposuit. Ea die autem ob ad
ventum novarum copiarum summa letitia apud omnes lilibei erat. maior
que fiducia cum apud novos preterea milites. quoniam romani adversus
eos congredi non fuissent ausi. Himilcon nequaquam eam occasionem per
dendam ratus novos simul veteresque milites in contionem vocat.
longa oratione illorum animos confirmat. Victoriam in manibus docet
esse. Premia ingentia fortibus viris pollicetur. Proinde tunc abi
rent ad curanda corpora postero die prima luce armati omnes
in foro adessent. Pulcerrimam rem si deo placet gesturi. Magna
spe omnes e contione abierunt. Postridieque armati aderant iussum
himilconis expectantes. Ille que facere eos velit pluribus partes
distribuit pluribus simul locis eruptiones facere ac machinas
omnes tormentaque et cetera comburi iubet. At consules et si nichil eorum
rescierant. tamen hoc ipsum fore coniectura suspicati prima luce ar
ma capere et circa urbem intenti quod maxime esse iusserunt. Itaque ut
cartaginenses urbe egressi sunt statim ab romanis illis occurritur.
ac pluribus multis simul locis repente committitur. illis incendere
machinas. his prohibere ab incendio properantibus. Nec fere alias umquam
atrocius quam ea die pugnatum. Nam himilcon quidem super .xx. ar

— maiorum milia —

Hanibal recessit a lilibeo

Punisso Rodius [illegible] cartaginensibus

Rodius applicat lilibeo

maiorum milia ad hoc ipsum delecta ex urbe produxerat. consules autem
exercitum omnem legionesque ad reprimendum himilconis conatum
circa menia disposuerant. Quod autem extra ordinem pugnabatur
eo contingebat insigniora pericula fieri. Vir enim adversus virum
quasi singulari certamine congressus depugnabat. Verum maxima
pugna terribilisque clamor circa machinas erat. Consules enim
fortissimum quemque legionarium militem pro machinis collocarant.
non solum armis verum etiam facibus loco pellere conabantur. Illi vero
obstinate perstabant certa igne et ferro. passione bellorum. vociferatio
nibus ac clamantium cohortantiumque miscebantur. Post legionem
certamen variasque fluctuationes ac multas cedes. tandem himil
con quoniam nichil proficere posse intelligebat receptui canere iussit.
Romani ea die incredibili virtute contra vim hostium machinas
omnes operaque tutati sunt. Post hec hanibal paucis diebus lilibei
commoratus cum iis quas adduxerat navibus in tempesta nocte ne
sentientibus quidem hostibus lilibeio solvens incolumis abiit. ac drepa
num ad atherbalem cartaginensium ducem qui drepano classique
preerat navigavit. durante vero lilibei obsidione et aliquod tempus post
recessum hanibalis pertracta senatum cartaginensem movens cura
habebat ea que lilibei fierent cognoscendi. Post hanibalis enim reces
sum sic urbem presserant romani ut nec ingredi quisquam. nec eg
redi umquam potuerit. In hoc desiderio senatus perstitit se quidam ex
rodius sua navi minus hostibus lilibeum additurum. reque inspec
ta cartaginem renunciaturum. Eius promissionem et si letis auribus
acceperat senatus. tamen quia romana classis cum fauces ipsas portus
stationem habebat impossibilem certi rem arbitrabantur. At rodius
nichilo magis perterritus sua navi advehitur cumque proxime que con
tra lilibeum est insule applicuisset nactus postridie secundam
tempestatem circiter quartam diei horam spectantibus hostibus
in portum navigavit. tanta celeritate ut studium occurrenti
um impedientiumque preveniret. Romani eius audacia indig
nati quo abeuntem interciperent .x. naves quas velocissimas
habebant in ipsis faucibus ea nocte continuerunt. Cumque his alter
consulum observans recessum eius navis excubabant. At rodi
us postquam abire placuit non noctu: sed per diem. nec clam sed aperto

Rodius Rhodius cartaginensis

ranere quasi aliis quibusdam inter naves romanas preter lapsus
est. nec evasisse contentus ubi hostes preterijt conversa in eos prora sin
gulas naves in pugnam provocavit. Nec quisquam romanorum illum
adire voluit verentibus cunctis stupendam quandam celeritatem
ac ludificandi artem quam paulo ante conspexerant. Ille igitur carta
ginem reversus cuncta ut oculis viderat senatui enarravit. Eiusque postea
exemplo quidem iterum alij facere ausi sunt. Ex quo eveniebat nichil
eorum que lilibei gerebantur cartagine ignorari. Hanc ludificationem
hostium cum graviter ferrent consules. nec prohibere possent. quoniam ple
rumque repente ac improviso navigationes ex proximis insulis per
adversam sibi tempestatem fiebant. ad tollendam eam facultatem
militari opere fauces portus obstruere temptaverunt. Cumque ceteri
ona naves primum onerarias complures sabura onustas profundo
destituere. Mox super eas infinitam pene vim aggeris ingessere. frustra
to tamen labore. quoniam vasta profunditas cuncta ingesta longe absorbe
bat. et fluxus refluxusque maris omnia iacta funditus dissipabat. Erexere
tandem una ex parte quedam aggeris. Ad quem posthac consistentes
romani. quadriremem unam cartaginensium egregie velocitatis interce
pere. Hanc igitur armatam structamque in portu ipso continentes. adventum
rhodie navis expectabant. Illa vero cum advenit. et solita veloci
tate prefuecta portum ingressa est. Sed dum abire vellet e vestigio
quadriremis premere abeuntem cepit. Rhodius velocitatem
eius que sequebatur navis admiratus: ubi quadriremem captam
ab romanis intellexit. desperata fuga congredi adversus hostes ac de
pugnare compellitur. Sed postquam ad manus ventum est: nullo nego
tio rhodius superatur expugnataque eius navi ipse capitur. Nave de

Rodius capitur a Romanis

hinc rhodia ad quadriremem cartaginensem superaddita. ac ut
raque celeritate prestaret. romani structas semper in portu paratasque
tenentes ingressum hostium deinceps prohibuerunt. lilibeum interea
non segniter oppugnabatur. Et iam satis magnam partem murorum arietes
everterant. Sed pro everso novum continuo murum obsessi sufficie
bant. Eruptiones autem facere. et opera incendere non amplius
attentabant. In hunc modum cum aliquamdiu perseveratum esset.
fortuna rei bene gerende. occasionem obsessis prebuit. Ventus siqui
dem quodam die maioribus cohortus ita vehementer inflare cepit

Ut machinas omnes operaque stridore ac procella conflictaret. Quarum
dam non turrium tabulata diripiens longe auferret. In hac turba
tione rerum himilcon eruptionem facere suos. ac ignem inice
re iubet. Id eo facilius fuit. quod ventus ab urbe in machinas
perflabat. Itaque violentia venti delatus ignis facile in opera vadit.

De machinis Romanorum crematis

Que autem materia erat arida. ac iam diutius ad solem exusta
eo avidius ab igne corripitur. ventoque dominante cum nulla huma
na ope resisti posset. omnia tandem uno incendio absumuntur. Tanta
vis ignis fuit. ut non materia modo. verum bases quoque ipse quibus
stabilite erant turres cremarentur. et arietum capita liquefierent.
Post hec consules quoniam longi temporis opera brevis hora perdidisset.
machinas reficere et operibus urbem expugnare desti
terunt. Sed eam undequaque cingentes longa obsidione domari
hostem statuere. nec prius abscedere quam lilibeum caperetur. At
himilcon et ij qui cum illo erant refectis que corruerant meni
bus obsidionem iam ociose tolerabant. Cum hic esset status rerum
in sicilia novum supplementum ex italia venit. Senatus enim post
quam cremata opera lilibei cognovit. et urbem undique consulibus cinctam.
quoniam magna hominum multitudo ibi distineba. multitudo ibi distinebatur.
multi enim in ipsa obsidione interierant. et pene vacuefacta
erat classis novo delecto habito. x. milia hominum in supplementum

Supplementum Romanorum

misit. hi messanam primo conducti. inde pedestri itinere in cast
ra ad lilibeum venere. tum apius claudius pulcer consulatum
inierat acceptoque ab antecessoribus exercitu castris apud lilibeum
preerat. Ut primum igitur supplementum affuit a senatu missum. consul
vocatis ad se centurionibus. edicit sibi mentem animo classem hostium. que

Consul Romanorum invadendo classem cartaginensium in drepanitano portu

in drepanitano erat portu improviso invadere. Eos enim qui drepanum essent adventum novarum copiarum ignorare putare ait omnes
exercitum ut antea in lilibei obsidione distineri. Itaque ne suspicari
quidem eorum impetum. Si celeritate utantur et impulso assint. classem
totam cartaginensium in eo portu oppressuro. Ad tandem consi
lium ubi centurionibus quoque tribunisque probatum intellexit.
confestim ex veteribus novisque copiis milites delegit. navesque com
plevit. Centurionum. tu his fortissimus quisque e toto exercitu fuit.
Nam quod propinqua erat navigatio. et premiorum optima spes

Atherbal prefectus drepano

Capptivat [illegible] a cartaginensibus

nemo id munus recusabat. Pleriq; etiam ultro se consuli ingerebant.
Paratis omnibus que paranda erant. consul magno silentio i tempesta
nocte ne quid sentire hostis posset. lilibeio solvens drepanum versus
navigavit. Drepano ut ante dixi preerat atherbal cartaginensis
classemq; i portu habebat. Nam propter oportunitatem eius urbis
portusq; amplitudinem ac bonitatem precipua semper cura fuit
cartaginensibus eius loci conservandi. Abest autem drepanum a
lilibeio milia passuum circiter xv. ab ea parte que italiam versus
pelagusq; prospectat. Confecto igitur per noctem spatio prima sub luce
naves romane hic qui drepani erant apparere ceperunt. Hinc timor
ultus et trepidatio apud hostes maiorem in modum excitata
est. Atherbal vero et si primum inopinato romanorum adventu pavi
sus erat. tamen celeriter ad se reversus. et animo confirmatus temptare for
tunam plus ac periculis omnibus sese ultro offerre constituit. cuncta poti
ora ducens quam expectare diu in portu ipso accimentus summa cum
ignominia ab hostibus opprimatur. Itaq; statim turbam remigum na
vium ad litus coegit. Milites autem tuba convocat. et pro tempore angus
tia cohortatur. animosq; illorum verbis confirmat. Addit extrema in ora
ne non se illos in periculo mittere. sed una secum ut capessant pericula
rogare. Se quidem primum iturum. nec verbo magis quam reducem in
prelio futurum. Proinde navem suam conspiciant eamq; sequantur. his
dictis cum presto se fore significassent milites. Proinde duceret
atq; uteretur. nichil commoratus naves conscendere iubet. Ipse ut
pollicitusq; erat princeps duxit diversa regione portus quam romani
adventabant. Consul igitur hostes conspicatus quando illi ut ipse cre
diderat nequaquam cedebant sed ad pugnam parabantur naves su
as quarum magna pars iam portum intraverant revocavit. Quo in
loco cum prime naves dicto consulis audientes iter vertissent. alie vero
diu audito iussu properarent. tanta conflictatio facta exeuntibus intran
tibusq; ut extremo in periculo classis romana consisteret. Ea pri
mum impetu duas ... naves militum fregit. Demum magno la
bore explicatis navibus. ut queq; adveniebat perfecti i ordinem
iuxta litus collocabant. Consul autem ipse ab initio post omnem clas
sem sequebatur. Tunc vero altum petens levum suorum cornu obtinuit.
Inter hec atherbal super levum romanorum cornu in altum progres

sus. contra consulem a pelago constitit. Naves q; sue prorum in hostes ver
tit. Idem ille naves que sequebantur ad unam fecere. Ex quo evenit
dextrum cartaginensium cornu in pelagus magis extendi. Levum
autem a littore multum distare. Romanorum vero dextrum cornu littus
attingebat. quod ideo providerat. ne ab hostibus qui e portu evade
bant circumveniri possent. Sinistrum vero romanorum cornu in pel
lagus quidem protendebatur. non tamen ita altum tenebat. ut dex
trum cartaginensium cornu. Instructis paratisq; omnibus atherbal
eodem ordine a pelago in romanos defertur. Idem faciunt roma
ni. Utriq; in propinquo fuere signis e pretoriis navibus abutraq;
parte sublatis. clamor terribilis ad celum tollitur. et concurrentibus inter
se pugna committitur. Diu acriter certatum est. ut pote inter forti
bus ex utroq; exercitu ad prelium delectis. Progrediente vero lon
gius pugna cartaginenses prevalebant. Causa erat quia illi cele
res habentes naves a pelago insultabant. Itaq; siquam eorum
navem romani premerent. confestim celeritate freti in altum eva
debant. Si hostes sequebantur in eos plurime conversse eadem cele
ritate circumdabant. ac liberiori spatio commodius evagaban
tur. At romanis magna proximum littus impedimenta affe
rebat. In arcto siquidem coacte spatio. nec refugere cum opus es
set. neq; se explicare commode poterant. Sed et scopulis et arenis
quibusdam impediebantur. Ex quo fiebat. ut fortius virorum man
us inutilis esset. ac nec sese tutari. neq; succurrere laborantibus
valerent. Consul igitur cum rem in deterius labi cerneret. amissa
ad extremum spe omnium primum fugam arripuit. Fugitiva na
ves xxx ex classe eum secute evaserunt. Relique tandem expu
gnate i cartaginensium venerunt potestatem. cum magna iactu
ra. p. R. qui non modo naves sed optimum quemq; militem
ex toto exercitu hoc prelio amisit. Atherbal igitur ut par erat ma
gnam laudem assecutus est. utpote qui magnitudine animi et in
dustria amissam rei maritime gloriam civibus suis recuperasset.
Hec ubi rome nunciata sunt confestim apius claudius romam
nocatus. consulatu se abdicare coactus est. Tandem post ignominiam
in iudicio cadit. Non tamen ob id ullius quicquam insigne acceptum
quidquam remissum est a po. R. pristine animi generositatis. Sed

Victoria atherbalis cartaginensium
[illegible] consul. romanorum

confestim reparata classe nouoque delectu habito L. Iunium consulem in Siciliam ac Lylibeum nauigare iussit. Ille igitur cum LXX rostratis Messanam delatus reliquas ab omni Sicilia preter quam a Lilibeo naues contraxit. Classemque effecit rostratarum C et XX. Preter has onerarias habebat frumentationis causa circiter octingentas. quas deferre commeatum in castra ad Lilibeum statuerat. E Messana Syracusas nauigauit. Nam inferius Sicilie latus. quod Tusco abluitur mari propter Drepanum uitabat. Cum igitur Siracusas peruenisset. consul magnam uim frumenti sociis imperat. Quo impigre collato nauibusque imposito. mediam fere partem onerariarum et quasdam rostratas questori attribuit. ac procedere in castra ad Lilibeum iussit. Ipse Siracusis paucos dies subsistere constituit. reliquas onerarias que a Messana sequebantur ac ex mediterranea regione frumentum a sociis imperatum excepturus. Dum hec a consule prouidentur interea Atherbal captiuos Romanorum. et naues quas prelio ceperat Cartaginem misit. Ingenti eas letitia Cartaginienses uidere ac magni honores Adherbali senatus decreto tributi. Inde cum cetera que agenda erant pro tempore prouidissent. demum Carthaloni prefecto tradita classe nauigare circa Lilibeum et si qua occasio daretur rei bene gerende aggredi iubet. Carthalo igitur uir impiger et glorie appetens cum per noctem improuisus superuenisset. naues Romanas que relique a pugna in Lilibetano portu asseruabantur magno impetu aggreditur ac alias abducere alias incendere properat. Consurgitur ab iis qui tutelle gratia circa classem excubabant. et magnus repente clamor ab ea parte attollitur. Eo clamore excitati qui in superioribus erant castris. haud segniter concurrerunt. Ingensque certamen circa naues oritur. Inter hec Himilcon ex clamore ac uociferatione hostium cum suos adesse cognouisset. impigre egressus urbe castra Romana inuadit. Ita ab urbe simul et a portu atrox prelium excitatur. tumultuque et trepidatione omnia per tenebras complentur. Id certamen a tertia fere uigilia ad auroram fuit. Orta demum luce Cartalo suos a pugna reuocauit. paucas admodum nauibus. quas primo impetu nactus erat in ipso portu confractis aut incensis. Reliquas non

Romani multis uulneribus illatis acceptisque tandem seruarunt. Et qui pro castris pugnabant facile Himilconem intra menia compulerunt. Post ea pugnam Cartalo Heracliam uersus nauigauit. ut commeatum qui fere ab ea parte in castra Romana ferebatur uel interciperet uel impediret. Iter facienti speculatoria nauis Cartaloni nunciat. magno numero naues aduentare. Hee erant naues quas a consule premissas esse ostendimus. Igitur Cartalo nequaquam conterritus aduersus eas properauit. Sed eodem fere tempore Romani quoque adesse classem hostium a speculatoribus cognouerunt. Itaque cum se impares esse ad pugnam arbitrarentur. in primum forte litus naues adduxerunt. Erant in his locis recessus quidam et anfractus rupesque desuper aliquanto imminebant. quibus consistentes Romani lapidibus telisque hostes arcebant. Ab his repulsi Cartaginienses cum propter naturam loci nichil proficere possent. et contra spem a Romanis resisteretur. tandem abeuntes non longe ab eo loco constitere. et ne quo illi euaderent obseruabant. Interea consul peractis iis quorum gratia Siracusis remanserat. cum reliqua classe et onerariis circiter quadringentis. superato Pachino promontorio Lilibeum petebat ignarus omnium que per superiores dies suis euenerant. Carthalo igitur aduentu consulis per speculatores cognito. confestim sua classe aduersum properauit. festinans ut coproail [?] ab aliis Romanis quas per superiores dies obsederat prelium committeret. ne sibi inuicem auxilio esse possent. At Iunius consul cum adesse hostium classem cognouisset. magnitudine eius conterritus. quoniam supra C rostratas naues Carthalo secum habebat. sua uero classis diuersa erat. nec pugnare ausus est. nec rursus fugere poterat propter propinquitatem. Quare ad loca difficilia et periculosa e uestigio diuertens. littore in ipso copias exposuit. Carthalo autem difficultate locorum deterritus hostes adire noluit. sed inter utrasque Romanorum classem stationem quandam nactus. ne quo abire possent obseruabant. Cum per aliquot dies in hunc modum stetissent turbida tempestas insurgere cepit quam naute regionis et locorum gnari preuidentes Carthalonem suaserunt. ut superato celeriter Pachino uim procelle uitaret. Id cum ille fecisset incolumis

Classis romana fracta salo et undis

euasit. Ac classis romana quoniam loca importuosa erant salo et undis agitata ad extremum sic fracta est ut nihil ex tot nauibus quod utile in posterum foret relinqueretur. Per hunc modum p. R. onerarias quidem naues ad octingentas. rostratas uero C. et xx. uno tempore amisit. Tantis igitur incomodis acceptis rursus euenit. cartaginensium rem superiorem fieri. Nam romani nuper magno nauali prelio apud drepanum superati. tunc autem omnino amissa classe mari quidem excesserunt. Terra quoque non satis bonam spem habebant. Nam qui ad lilibeum in castra erant post casum illum consulis, amisso frumento facultate et importandi sublata presenti inopia et futuro metu premebantur. Rome autem tot clades subinde accepte. patrum simul ac plebis fregerant animos exinanito iam pene tot sumptibus erario. et singulorum patrimoniis crebra tributorum pensione exhaustis. Post amissam naufragio classem. L. iunius consul pedestri itinere in castra ad lilibeum peruenit. Ibi frumento sociis ciuitatibus imperato. mediterranea regione ut poterat exercitum sustentabat. Mox uero occasionem rei alicuius gerende querere quo acceptam ex classe ignominiam minueret. nouam quedam pericula molitur.

Hericis est Sicilie mons maximus post Ethnam [illegible]

Hericis est Sicilie mons omnium qui in ea insula sunt maximus. preter unum ethnam. Imminet autem mari ex ea parte que ad italiam spectat. mediusque attollitur inter dreppanum et panormum drepano tamen magis coniunctus. In eius uertice fuit ueneris hericine templum. quod sine controuersia omnium templorum opulentissimum et ornatissimum confitebantur. Paulo infra uerticem locus urbem habebat eiusdem nominis longissimo ac difficilimo undique aditu.

Iunius Hericem per proditionem occupat

Iunius igitur paruam admodum occasionem nactus hericem per proditionem occupat. oppidoque et templo potitur. Mox uno in uertice presidio. altero in radicibus montis ab ea parte qua aditus a drapano est collocato custodire locum pergit. nouum excitatur certamen. Nam cartaginenses simul ac intellexerunt hericem captum a romanis maiori nixu incumbere statuerunt. Ea igitur de causa nouo delectu habito. classeque affatim parata hamilcarem cognomento barcham ingentis spiritus uirum ac singulari scientia rei militaris. cum his copiis ad ea loca misere. hamilcar igitur primo

italiam delatus maritimam oram populatus brutiorumque et locrorum uastauit agros. Inde post siciliam repetens in panormitanum agrum descendit. locumque ibi nactus bello gerendo aptissimum in eo consedit. Inter hericem enim ac panormum locus est natiuis muniti presse undique rupes cingunt. Summitas uero planitiem habet culture aptam. non minori habituque xij milia passuum. In ea tumulus insurgit qui specule simul ac arcis locum obtinet. Aditus omnino ad illum tres sunt. Duo a mediterranea regione. Unus a mari. portumque habet amenissimum ac dulcium aquarum copia insignem. In eo loco hamilcar statiuis positis presidium communiuit. nauesque in portu habuit. ex quo plane euenit. eos qui hericem occupauerant a cartaginensibus obsideri. Ex alia siquidem parte drepanum a castris romanis que ad lilibeum erant excludebat. Ex alia uero hamilcaris presidium adeundi panormum facultatem abstulerat. Ita certamenti in medio romani in herice obsidebantur. non minus durant.

No. locus ber[?] [illegible]

Hamilcaris [illegible] hamilcar

Hamilcare sic impigre rem gerente. ut summi nomen ducis omnium etatis sue in eo bello consequeretur. nec quisquam esset terribilius apud hostes quam hamilcaris nomen. hic enim mari sepe ab eo loco delatus italie littus usque puteolos et cumas omnibus belli cladibus sic infestum reddiderat ut nemo in his locis consistere auderet. Terra rursus per siciliam euadens panormitanis ac ceteris p. R. sociis innumeras clades inferebat. Ut pene eodem tempore mari et terra uersari. hericem obsidere et omnibus simul locis adesse uideretur. Romani uero et ita hic maritimam oram tueri. et socios defendere coacti. preterea apud hericem ac lilibeum occupati. multis simul locis distinebantur. Nec ulla requies aut cessatio erat. Urbem in herice monte aliquanto infra uerticem fuisse diximus. Presidium uero a consule cum ea primum locauit. alterum super urbem summo in uertice. alterum infra urbem qua aditus est a drepano collocatum ab initio docuimus.

Hamilcar cepit urbem Hericinam

Hamilcar igitur cum intra hericem ac panormum statiua posuisset. marique et terra omnia infestaret ad extremum urbem hericinam fraude cepit. que media erat inter presidia romana. quo facto utrimque iam presidium durius obsidebatur. Nam qui in uertice montis erant omnino exclusi a fine ac certamenti prestabant. et

qui infra urbem erant inter drepanum et ericem clausi undique ab hos
tibus premebantur. Nec minus sane cartaginenses ipsi in ericina ur
be periculose consistebant. cum supra verticem romanorum presidium
assidue illis immineret. et ab radicibus montis. alterum presidium
quasi de industria ad illam obsidendam positum a drepano ex
cluderet. Ita utrinque obsessi et obsidentes summa obstinatione animo
rum obdurabant. tantumque erat militibus insitum certamen.
ut omnia pericula et incomoda. vel cupientissime tollerarent ne in
feriores virtute bellica viderentur. Itaque prope quotidiana prelia
ut porte a propinquis hostibus et studio superandi incursus committe
bantur. Nec ullum genus periculi aberat. denique eo versa erat totius
belli moles. cartaginensibus atque romanis subsidia ad suos pro
pissime subministrantibus. Commeatus hamilcaris classis libero
mari suppeditabat. Nam p. R. ut diximus. post L. Iunii naufragi
um mari abstinuerat. Terra non incubuerat in aqua se preva
lere hostibus facile arbitrabatur. Sed tanta erat unius hamilcaris
virtus. ut terra quoque cartaginensis iam aut par aut superior
esset. Contractis enim maioribus copiis ad panormum castra posuit.
non longius ab urbe quam sexcentis passibus. Exercitusque romano au
xilium panormitanis afferenti. nequaquam cessit. Sed castra castris
conferre et crebra prelia committere non dubitavit. hoc non semel tan
tum. sed sepius fecit. Ne tamen ad extremum fortune experimen
tum descenderet. causa erant propinqua presidia. et pluribus
locis divise copie. ac modo accersita celeritate. modo remissa
auxilia. Cum in hunc modum traheretur bellum et hamilcar ter
ra marique volitaret. ac italiam simul siciliamque terrore involveret.
commoti maiorem in modum romani. quando aliter nullum finem
habiturum certamen videbatur. Et contra decus romani nominis
erat populationes italie perpeti ad studium parande classis iterum con
vertuntur. Quod autem exinanitum iam penitus erarium fuerat.
privatim cives pro facultatibus unam simul quoque remigem sti
pendiisque ad ea necessarios contribuebant. Edificata est autem tota
classis ad exemplar rodie navis quam apud lilibeum captam
supra ostendimus. Ea enim est ad celeritatem aptissima. In hunc modum
rostratas naves ducentas paravere omnes quinqueremes. Cum ea

Romani hamilcaris
gestis hamilcaris
commoti ad novam
parandam classem

classe C. Lutatius catulus consul traicere in siciliam. ac bellum carta
ginensibus inferre iussus navigavit. Cartaginenses libera iam
aliquot annos possessio maris segniores ad studia rerum maritimarum
reddiderat. sperabantque romanos. quoniam multis cladibus af
fecti. sponte sua mari excesserant. nichil de cetero classe molitu
ros. denique nunciantibus rome parari classem non satis fidei a
cartaginensibus tribuebatur. Nec sane minus exinanitum publicum
erarium longis belli sumptibus apud cartaginenses fuerat quam apud
romanos. Itaque prius circa siciliam conspecta est romana classis.
quam a cartaginensibus fides adhiberetur. Igitur Lutatius consul ubi pri
mum circa siciliam classem pulcerrimam ac omnibus rebus optime
structam ostendit. omnes carthaginensium naves ob presentiam eius
consternate desertis sicilie litoribus se in affricam receperunt. Ca
tulus non liberum nactus mare. primo adventu drepani por
tum quem cartaginenses ad eam diem unice semper custodierant
nullo repugnante occupavit. drepanumque ipsum expugnare
adortus machinas. et omnia tormentorum genera urbi admovit.
Post hec ad insulas que medio inter lilibeum et cartaginem
iacent. speculatoriis navibus dispositis ne qui ad hamilcarem
commeatus afferri possent curiosissime observabat. Remiges
interim et nautas assidue exercebat. nec quicquam ex tota classe oti
osum esse patiebatur. His ille artibus effecit. ut non modo non for
midarent hostes. verum etiam cupide prelium exposcerent. Car
taginenses autem cognito adventu catuli et drepani oppugnatione
maxime angebantur. Precipue tamen eos movebat hamilcaris cura
qui implicatus difficilibus locis et partim obsidens et partim ob
sessus non aliunde quam mari ad eam diem sustentatus erat. Tunc
autem ob adventum romane classis amisso mari et facultate
adempta. quid tandem superaret nisi ut maceratus fame hostibus
dederetur. Hoc igitur metu anxii classem parant. eique hannonem
preficiunt. nominisque delectum prope habent. Paratis structis
que omnibus frumentum ac ceterum commeatum imponunt et han
nonem cum ea classe in siciliam traicere et in castris apud he
ricem commeatum exponere iubent. Ibi non si videat hamilcare
duce et optimo quoque e toto exercitu milite in naves assumpto

Catulus occupat
portum drepani et
[illegible]
[illegible]

Cartaginenses
classem parant
et hannoni committunt

drepanum petere ⁊ aduersum romanā classem prelium cōmittē.
Hanno igr̃ e cartaginiensi portu delatus ad insulam quam uo
cant hieronesiā primo ꝯstitit. inde clam hostibus in castra ad
hamilcarē nauigare properabat. At catulus aduentu hostiū
ꝑ speculatores cognito cepitqꝫ ꝯsilium. neqꝫ eī difficile erat ꝯiec
tura suspicatus. ꝯfestim ad egusā insulam cum classe profici
scit̃. Ea insula non longe abest a lilibeo. Ibi postridie se oēs
ad pugnam parent edicit. eosqꝫ oratione ꝯfirmant. Postera
die prima luce uentus erat hostibus quidē prosper ac secun
dus. Romane autem classi aduersabat̃. turbatumqꝫ ⁊ undosū
mare. Quod primū aspiciens catulus subdubitare cepit. ⁊ in
certi ꝯsilij esse. Mox uō ꝯsiderans, ꝙ naues hostium tunc one
ribus impedite parum celeres erant parumqꝫ ad certandum
structe. qd̾ si abire patiat̃ at celeres postmodū ⁊ expeditas struc
tasqꝫ militibus pugnādum erit. ⁊ ꝯtra hamilcaris audaciam.
quo nichil terribilius per id tempus audiebat̃ ꝯ̄sīus turbato
aduersante mari ꝯgrediendū tunc et pugnandum statuit. Hac
igr̃ mente per undas celeriter delatus. uenientibus hostibus
classem opposuit. Hāno uelis iā̃ faciebat. Ut aūt interceptum
sue classis cursum ab hostibus uidit. ⁊ ad ꝓlium structas na
ues dimissis uelis se ad pugnam ꝯparauit. Postꝙ̄ utriqꝫ
parati sunt ex oposito ꝯflixere. Quo in loco cū oīa ꝯtra ꝙ̄ du
dum in pugna apud drepanū cōntigit ꝯtrarium euentum
res nō īmerito habuit. Romani eīm celeres naues hēbant.
oneraqꝫ oīa e nauibus posuerant. preter ꝙ̄ ea tantum ꝙ
ad pugnam opportuna essent. Remiges uō exercitatos ac ob
id ipsū promptos ac certaminis auidos. Robur autem mi
litū qui pugnaturi erant e toto exercitu egregie delectum.
Cartaginiensibus uō ꝯtra. primum naues onuste. ac ob id
ipsū tarde ⁊ ad pugnam inepte. Turba autē remigum atqꝫ
nautarū colectitia ⁊ inexercitata ac tēꝑis causa propere assumpta.
Milites autem ex nouo delectu tyrones ac nulli ꝑiculi satis gā
ri. Q eī nūqꝙ̄ amplius romanos qcq̄ molituros mari existimab
ant. eī de causa rei nauali s curā ocio neglexerant. Quā obrem
ubi pugnare ceptū ē. ꝯfestim ut par erat a romanis superantur.

Conflixit hāno ad Romanos

Victoria Rom̄ ꝯ hanone

Centū ex naues in ea pugna cartaginienses amisere. harum due
de quinquaginta submerse fractequesunt. relique uō capte. Fugienti
bus ex ꝓlio plurimū opitulata est uenti subita mutatio qui statī
post fugam ꝯtrario ꝙ̄ prius impetu flare cepit. Itaqꝫ uelis sub
latis cursum sequentium anteuenere ⁊ ad hyeronesium unde
prius soluerant se ex fuga receperunt. Consul post ꝓlium cū
tota classe lilibeum rediit. Ibi laudatis donatisqꝫ militibꝫ
cetera intento studio ꝑsequebat̃. Cartaginienses ubi supatū
hānonē profligatamqꝫ classem intellexere preter spē tāta clade
perculsi quo se uerterent nesciebant. Et si eī promptitudo erat ani
mis belligerandi. tamen ⁊ inopia erarij ⁊ ꝓuatorū impotentia
omnibus iam longis sūptibus exinanitis sese attollere prohibe
bant̃. Maximā uō desꝑationē afferebat hamilcar ⁊ exercitus
qui apud hericem erat.ᵛᵗ nec reuocare in affricam poterat. quibus
nec summittere ꝯmeatus amissa classe. et hostibus mare tenētibus
nec reuocare in affricam poterant. Dimere autē ut dux ⁊ mi
lites optime de re. pu. meriti perirent proditioni simile uidebat̃.
Quibus autem copiis aut qbus ducibus in ꝑsentia conarent̃
nulli erant. Restabat igr̃ pacē petere. ad quam cū oīs necessario
molirent̃ e dignitate magis uisum est. ut arbitrium eius rei ha
milcari ꝑmitteret̃. facto igr̃ sup ea re senatus decreto. ⁊ ad hamil
carem misso in quo petende firmandeqꝫ pacis arbitrium si mō
expedire uideret ei ꝑmittebat̃. Hamilcar potestate publica accep
ta sapientissimi ducis opus efficit. Q̄ diu eīm aliqua ratio fue
rat belli gerendi. nullum unqꝙ̄ ꝑiculum. nullum laborem ui
tauit. sed sūma industria et audatia fretus. nichil pro uictoria
adipiscenda omisit. Precisa uō tandem spe cū nulla ratio cerne
ret̃ amplius annitendi. prudēter et moderate cedens tempori
nequaqꝙ̄ turpe existimauit legatos ad catulum mittere paceqꝫ
ab eo querere. Optimi nempe ducis existimādum est. Uincēdi
tempora cedendiqꝫ prospicere. Catulus quoqꝫ pacem nō aspnatus
est. conscius difficultatum que ex diuturno bello ciuitatem ꝑme
bant. Itaqꝫ de pace tandem ꝯuenit. huiuscemodi ꝯditionibus prescrip
tis receptisqꝫ. Amicitiam esse romanis cartaginiēsibusqꝫ sic ut p.
Ro. uideat̃. oī sicilia excedere cartaginienses. Nō posthac hyeroi

Nota

siracusanisque aut siracusanorum sociis bellum inferre. Captivos omnes
sine precio cartaginenses dimittere transfugas reddere. Pendere in
super romanis cartaginenses talenta argenti euboica duo milia
cc. in annos xx. Has conditiones romani missas po. Ro. non ap
bavit. sed decem legatos in siciliam cum auctoritate publica misit. ab
his tempus pendendi argenti coartatum. ut non sicilia solum
sed omnibus quoque insulis que medie sunt inter siciliam et yta
liam cartaginenses excederent. Per hunc modum primo bello inter
penas et romanos finis impositus. xxiiii. anno. postquam cep
tum fuerat. bello omnium longissimo atque maximo. In quo ut alia
omittam semel quinqueremibus amplius quingentis. Iterum non multo
minus quam septingentis admirandum pugnatum est. Amiserunt
autem romani in eo bello preter onerarias naves quinqueremes cir
citer septingentas. Cartaginenses vero circiter quadringentas. Ita
que greci homines qui ad id tempus admirati fuerant antigoni ac
ptholomei et demetrii navales copias belliumque atheniensium ac la
cedemoniorum merito posthac admirari destiterunt. Quod si quan
tum intersit quinqueremes inter ac triremes. quibus ipse ad usque
grecos. athenienses et lacedemonii inter se bello mari pugnati

Comentariorum primi belli punici Leonardi Aretini Liber Tertius Incipit :---

FINITO. PRIMO. PUNICO. BELLO. QUOD. XXIIII. AN
nos terra marique gestum ostendimus. si
miles fere casus utrumque populum exce
pere. Cartaginenses vero affrico bello fi
nitimo sane ac periculoso circumventi. et in extremum discrimen
adducti triennium post pacem constitutam de vita et sanguine cer
taverunt. Romanos autem yllyricum primo mox galliam bel
lum otiosos esse nequaquam permisit. Dicemus autem causas et pro
secutiones eorum. ut de his quoque notitiam nostris hominibus prebe
amus. Hamilcar post firmatam pacem ab herice copias de
duxit. ac pedestri itinere lilibeum contendit. ut inde in af

fricam milites secundum fedus exportarentur. Ubi vero lilibeum
pervenit magistratu se abdicavit. Copias autem gisconi transmit
tendas reliquit. Ipse privato habitu cartaginem navigavit.
Gisconi quia res novas in tantis copiis si simul in affricam dela
te forent verebatur. presertim cum magna illis stipendia deberentur
que propter publicam inopiam solvi non possent. caute simul
ac provide iam inde prospexerat. ne simul omnes sed alio
tempore copie mitterentur. Intervallis etiam maioribus de industria
factis. ut facilius per partes provideri posset. primique ante domum
abissent. quam secundi supervenirent. Cartaginenses autem par
tim negligentia. partim inopia copias distinebant. ac esse in ur
be patiebantur. Et expectare reliquos iubebant. ut sic cum omnibus
simul de stipendiis transigeretur. Crescentibus igitur in urbe copiis
multa a militibus maleficia omitti ceperunt. nec noctu modo
verum etiam interdiu rapine et cedes. ac cetera nefaria perpetrabantur.
Quod cum animadverterent cartaginenses. omnem multitudinem que
in urbem convenerat in opidum siccam transire iusserunt. ibi
que expectare donec reliquie copiarum in affricam veherentur. non nichil
etiam pecunie in singulos traditum. ut facilius tollerare moram
possent. Ut igitur in siccam traducti sunt milites. licentius iam agen
tes a nullo maleficio temperabant. Tandem ubi omnes convenere sti
pendia insolentius quam ante ac longe maiora quam prius postulare
ceperunt. Erant hi supra xx. milia hominum mercede conductorum.
diversorum admodum generum. hyspani alii. alii galli. quidam ligu
res item baleares. greci et [illegible] affri plurimi. Fugitivorum ac tran
sfugarum manus missa. Ad hos igitur missus hanno cartaginensium
pretor. ubi verba fecit de erarii penuria et remissionem quandam
stipendiorum postulavit. confestim multitudo insurgere cepit.
raptisque per iram armis cartaginem versus profecti apud op
pidum tunes xv. milibus passuum a cartagine castra locavit.
Cartaginenses crebris legationibus ad eos missis lenire iram
militum nitebantur. Sed prevalebant in exercitu pessimi quique
et seditiosi. nec rem componi permittebant. Duces vero seditionis er
ant Spendius quidam ytalici generis Capua oriundus qui in
in sicilia ad cartaginenses transfugerat. et affer quidam

Castra locavit hii milites

Matho nomine. Spendius igitur metuens, ne secundum fedus romanis dederetur, cum esset transfuga, turbare omnia cupiebat. Matho etiam pro multis que seditione ante fecerat supplicium formidabat. Horum maxime opera cum omnes seditiones renovarentur, legatis etiam cartaginensium ad eos componendarum rerum gratia missis afferrent manus, tandem aperte bellum exarsit. Spendius igitur et Matho duces suffragio militari ad id bellum creati legationes ad affrice populos confestim misere ad libertatem provocantes, facultatem sibi oblatam ostendentes, quo crudelem avarumque populi cartaginensis dominatum a cervicibus suis depellerent. Neque cunctati sunt affrice populi bellum capescere. Sed ut fit ex dura servitute ad libertatem cupide aspirantes a cartaginensibus plerique defecere. Spendioque et Mathoni se coniunxerunt. Cartaginenses multis eodem tempore difficultatibus premebantur. Nulle quidem illis copie pedestres erant, nulle navales. Consueti autem conducto milite bella gerere, in urbana multitudine ut pote imbelli et insueta nichil spei habendum putabant. Quos vero conducere possent pro celeritate expeditionis non aderant. Omnes vero pecunie publice ex tributis affrice provenire solite erant, que tunc rebellis facta eam facultatem omnino abstulerat. Erant hec tanto graviora quanto preter spem acciderant magis. Longo enim ac difficili romano bello multos annos fatigati pacem ad extremum petierant, respirationem optabant, futuramque quietem tranquillitatemque cupidissime amplectebantur. Contra vero hec longe evenerat. Bellum enim subito exarserat infestius et periculosius quam ante, in quo non de possessione sicilie aut de rerum maritimarum gloria, que et ipsa iam superiori bello amissa erant, sed de patria, de penatibus, de vita, demumque et sanguine certabatur. Converso ad eorum perniciem exercitu, alienatis affrice civitatibus, exinanito erario, cuncta plena formidinis et desperationis proponebantur. Tunc igitur se demum circumspicere, tunc errata sua recognoscere ceperunt, quod tantam multitudinem conductorum militum finito bello in unum coegissent, quod affrice civitatibus superbe nimium avareque imperassent, quod in odium sui crebris iniuriis suorum magistratuum socios compulissent. Hec

autem causa rebellionis civitatibus fuerat, que iam pridem ardentes odio tam cupide arripuere bellum, ut intra paucos dies septuaginta armatorum milia in castra ad Spendium et Mathonem ex hisdem civitatibus magna pars voluntarie convenirent. Crescente igitur in dies exercitu magna multitudine undique confluente, Spendius et Matho divisis inter se copiis, alter uticam, alter hypponem, quod he civitates consilia belli suscipere noluissent, obsederunt. Castra etiam apud tunes oppidum, quo primus constiterant, non deseruerunt. Ex quo fiebat ut cartaginenses omni affrica excluderentur. Cartaginem enim in promuntorio situm diximus in mare protendere. Regionem autem ipsam qua ad affricam continetur, hinc stagnis quibusdam, illinc mari coartari, ut parva admodum planities inter stagna et mare relinquatur. Hinc vero ex alia parte iuxta paludem tunes est oppidum, quod superiore bello a M. Attilio captum ostendimus. Ex alia vero parte iuxta mare utica non longe abest. Hostes igitur castra hinc apud tunes, illinc apud uticam habentes, cartaginenses ab reliqua affrica excludebant. Ipsi vero modo noctu, modo interdiu ad menia cartaginis evadentes, tumultu et trepidatione urbem complebant, ut multo ab obsidione res distare videbatur. Per idem tempus conducti milites, qui in sardinia erant, audita seditione exercitus, et ipsi rebellarunt, ac omnes cives cartaginenses qui in ea insula reperti sunt interfecerunt. Oppida vero cuncta et arces in potestatem suam redegerunt. Non cedere tamen cartaginenses, nec in tot adversis fracti sunt animis, sed quantas valuerunt pro angustia temporum copias pararunt, hisque hannonem prefecerunt ducem, et uticensibus obsidione laborantibus auxilium ferre miserunt. Hanno igitur cum exercitu contra Spendium profectus non longe ab utica pugnam conseruit. Et victor quidem primo prelio fuit, elephantorum violentia structuram hostium dissipante. Tantusque fuit elephantorum terror, ut Spendius ipse et sui desertis castris, que tutari posse non confidebant, in proximum collem aufugerent. Ea desperatione hostium victoriam plenam consecutum arbitrabatur. Consuetus enim adversus numidas bella gerere, qui ubi semel fugam arripuere, vix ad tertiam diem consistere solent, quasi victor esset, curam persequendi abiecit. Atque uticam ingressus reficiendo ex labore

Hanno delectus est dux ab exercitu contra [illegible]

Hanno victor in primo [illegible]

corpori operam dabat. At spendius et hi qui secum erant, ut poterant si
culo bello et sub hamilcare magistro militare consueti. ac sepe eo
dem die fingere hostem. ac rursus insectari. ubi hanonem uticam
ingressum cognovere exercitumque fiducia victorie incautum
degere repente castra hanonis aggressi sunt. tanto impetu.
ut palantes agerent hostes. ac demum castra expugnarent. In
castris balistas. tormenta. catapultas. ac ceterarum oppugnan
darum urbium machinas. que secum hano detulerat. ceperunt.
Ut non modo non liberaret obsidione uticenses, omnis copia hano
advenerat. Sed longe durior conditio obsessorum fieret. instru
mentis ad oppugnandum quasi de industria ad hostes transla
tis. cum itaque hano ob hec et alia huiusmodi errata. imperite ver
sari in eo bello cerneretur et ad hamilcaris virtutem. auctoritatem
que omnes respicerent. tandem magno consensu civitatis. cura eius
belli hamilcari mandatur. Ad hoc elephanti septuaginta. equi
tes. peditesque urbani item conductorum militum. et transfugarum
circiter. x. milia hamilcari traduntur. Interea hostes. quoniam
novum exercitum apud cartaginem parari. et hamilcarem ducem
prefici bello audiebant. intentius agere omnia ceperunt. Regionem
que totam. ne educi exercitus novus valeret presidiis capescere.
Id eo facilius erat. quia promuntorium in quo cartago sita est.
aspero admodum dorso ac montuosis saltibus ad reliquam
affricam coniungitur. Visaque loca habent difficiles. atque artas et
plurimum manu factas. Igitur tumulos omnis itineribus imminentis
hostes occupaverant. presidiaque in his munierant locis. omnis
regiones tuebantur. Fluit quoque per hec loca macheria fluvius.
altis quidem ripis. ac prerapido gurgite. et uno tantum pon
te transmeabilis. urbsque ab eo dicta gephira super amnem posita.
pontem menibus complectitur. hanc hostes urbem tenebant. Ita
que nec montibus propter arta et custodia itinera. nec plani
tie impediente amne. ponteque occupato transire in affricam exercitus
poterat. In his difficultatibus profectus hamilcar confestim in ad
mirationem sui cives simul hostesque convertit dignusque apparuit
et gloria. quam siculo bello per egregiam quandam virtutem
fuerat consecutus. Fuit autem prima eius industria in hunc mo-

Victoria Spendii contra Cartaginenses

Cartaginenses contra hostes Hamilcare duce

Industria Hamilcaris

dum conspecta. cum nulla ratio traducendi exercitus. ob eas quas su
pra retuli difficultates cerneretur. Ipse industrie fiducia profectus.
castra ad hostia macheria fluminis posuit. ventumque expectavit.
qui adversus hostia ipsa perflaret. Animadverterat enim cursum eius flu
minis ob adversum ventum distineri. stagnarique amnem: nec multum
per id tempus in mare defluere. Itaque tunc per ipsa fluminis hostia secus
mare transitum facilem preberi conspiciebat. Cum igitur ea de causa
in his locis moraretur. ventus noctu perflare cepit. Quare animad
versa hamilcar confestim militibus, ut se sequantur edicit. ac se
cus mare preter ipsa fluminis hostia facillime elephantos. copias
que traducit. Orta mox luce transitum eius conspectus. cum id impo
sibile extimaretur. miraculo rei omnes conterruit. Erant in gephira
urbe ad x. milia hominum. quas eo in loco Splendius ab initio
posuerat tuende urbis causa et impediendi si qua pervadere hos
tes conarentur. hi ubi traductum ab hamilcare exercitum cogno
vere. rapto confestim agmine adversus illum duxerunt. Eodem
que tempore hi. qui uticam obsidebant concitati. eo tumultu ad
hec loca concurrere. Hamilcar vero post traductas copias contra
versus iter faciebat. Medio fere spatio confecto bina hostium
agmina idem sub tempus advenitare. Nam et a fronte he
copie que a gephira proficiscebantur occurrerunt. Et a tergo alia
manus que ab utica audito tumultu eo contenderat. hostes
igitur cum se invicem conspexissent. missis inter se equitibus, uno in tem
pore alii a tergo. alii a fronte invadere constituerant. At ha
milcar nihil ob eam rem deterritus longo agmine iter facie
bat. Prima fronte elephanti. deinde equites. ac levis arma
ture miles. Post hos legionarii incedebant. Inter hec hostes.
dato signo ab utraque parte infestius ruere ac magno clamore
a fronte. simul et a tergo invadere ceperunt. Hamilcar ubi
eos in ferventes aspexit. subito mutari ordines. ac totum conver
ti agmen iubet. Ita ut elephanti atque equites, qui in fronte erant
ad dexteram converso itinere. contra eos qui pone invadebant occur
rerent. legionarii autem qui postremi incedebant. alia ex parte
ad levam flectentes in primam frontem properarent. Quo qui
dem facto utraque ex parte. uno in tempore hostes superavit. Nam

Nova industria Hamilcaris

qui a gesira obviabant simul ac deflectere elephantos. equitesque
videre. fugam arripuisse rati deserto ordine circa illos funduntur.
His legionarii oppositi. ex latere invadentes magna cum clade
dissipaverunt. Eodem modo qui a tergo sequebantur. post legionari
os ruentes. quos fugere putabant. ab elephantis equitibus
que ex latere in eos ruentibus dissipati sunt. Ita a fronte simul
et a tergo res prospere ab hamilcare geruntur. ad sex milia hos
tium in eo prelio ceciderunt. Capti insuper ad duo milia. alii
fuga arrepta. partim ad gesiram urbem. partim ad castra. que
circa uticam erant. se receperunt. Hamilcar eos qui gesiram
aufugerant insecutus urbem ipsam ac pontem primo adventu
capit. Nam milites qui in eam refugerant. ob trepidationem
et metum defendere menia non ausi in oppidum timentes e vestigio
aufugerunt. Ex hoc iam superior. ac magna virtutis opinione
hamilcar. pleraque eius regionis oppida in potestatem redigit.
Non nulla etiam preparatis repugnantia machinis. ac vi mi
litum expugnavit. ob eum metum Spendius obsidionem
utice dissolvit. Ex quo factum est. ut cartaginensibus lux que
dam optime spei ex pristina desperatione subiceretur. Matho per id
tempus circa hipponem exercitum habebat. nec ob ea que accide
rant. ab obsidione destiterat. Ne non obsidio iam longe protrac
ta impediretur. Spendio persuaserat. ut cum aliqua manu hamilca
rem distineret. donec ipse hyponenses in domitos in potestatem
venire compulisset. Simul autem et numidas. crebris nunciis soli
citat. identidem monens atque orans. ne ea tempora tam opor
tuna ad libertatem afflicte. labi in irritum paterentur. Spen
dius igitur sex veteranorum militibus ex omni multitudine assum
ptis. duo milia gallorum que in sicilia militaverant adiunxit.
Cum his profectus copiis contra hamilcarem castrametabatur.
Plana tamen evitans loca ob elephantorum metum. Ceterum ad
omnem occasionem rei bene gerende maxime intentus. In hunc modum
prestantibus. auxilia tandem numidarum. affrorumque magna
multitudine supervenere. Quorum adventu sublatus Spen
dius non solum descendit in equa loca. verum etiam sic cir
cumdedit hamilcaris exercitum. ut nulla ratio evadendi cer

(Margin notes: Victoria hamilcaris de Spendio — Hamilcar capit gezaram — Spendius obsidionem utice dissolvit)

-neret. Circumdatus

neretur. Circumdatus enim ab hostibus. quorum plerique improvisi super
venerant. timebus undique castris angebatur. A fronte affri. a ter
go numide. ab latere Spendius imminebat. In tanta iniqua conditione
rerum virtus simul et fortuna hamilcarem iuvit. Erat inter
numidas Narva quidam adolescens domi nobilis ac in primis
manu promptus. Is iampridem ut potest qui bellicas artibus
magno ardore inclinuerat. virtute hamilcaris admirabatur.
hominemque ut fit ex fama adamarat. Itaque difficultates eius gra
viter ferens. ad castra hostium proficiscitur. Cumque iam prope esset.
colloquium manu poscit. Mittitur ad eum unum ex hamilcaris mi
litibus. Ille ea de causa se advenisse dicit. ut hamilcarem allo
queretur. esse ei non nulla que aperire cupiat velit. Proinde roga
re atque obsecrare. ut procedat e castris sese usque ad viminati
ones obviam iturum. Hamilcar per id tempus pro vallo stabat.
et quid sibi vellet numida admirabatur. Tandem non contempnere
hominem visum est. Itaque castris egressus in colloquium se offert. Nu
mida simul atque hamilcarem conspexit. ad terram prosiliens.
hastam et equum reliquit. ipse pedes et inermis ad hamilca
rem venit. Narrat sese iam pridem magna admiratione vir
tutis captum eius amiciciam familiaritatemque optasse amo
reque sui invictus cartaginensium partes animo preferre. Putasse non
id maxime tempus amicitie ostendere. cum difficultas rerum commo
da offerentis excluderat. Se igitur si non abnuat. cum aliqua
suorum manu ad eum venturum. Hamilcar his letus dictis
laudatum commendatumque adolescentem. ut ad se quam primum
transeat hortatur. et quando tantus ardor in eo conspicua
tus sit in generum sese illum deligere pronuntiat. Iureque
iurando id sancit. Igitur Narva ad suos reversus. postridie
cum duobus militibus numidarum. qui una domo pro
fecti erant ad hamilcarem in castra transit. Ea res plurimum
opitulata est cartaginensibus. Hoc enim auxilio sublatus ha
milcar adversus Spendium et affros signis collatis dimica
re ausus est. Victorque in eo prelio fuit. Narva et numidis
qui cum illo venerant egregie operam navantibus. Supra
x. milia hostium in eo prelio cesa sunt. Capti vero ad iiii

(Margin note: Victoria hamilcaris de hostibus)

Autaritus gallorum dux

milia. Spendius vero et Autaritus gallorum dux cum reliquis
copiis sibi fuga consulere. Post hoc proelium Hamilcar captivis
omnibus quorum plerique sub eo duce in Sicilia militaverant ad se
vocatis, eorum quae ad eam commisissent impunitatem se concedere
dixit. Proinde si militare secum vellent id quoque illis licere.
Ea benignitas Hamilcaris in dimittendis captivis apud hos-
tes relata multorum flexerat animos, et antiquum eius ducis
amorem apud milites renovarat. Nec deerat qui aperte dictita-
rent per eum componi rem oportere. Id cum animadvertissent duces
hostium veriti ne Hamilcaris gratia apud exercitum praesertim im-
punitate oblata praevaleret, quo maiore aliquo scelere spem
veniae auferrent, tale aliquid machinantur. Gisco erat cartagin-
ensis apprime nobilis. Hic in Sicilia praetor fuerat, et hos ipsos mili-
tes post romanam pacem ab Hamilcare acceptos in Africam
traduxerat, cuiusque nos supra mentionem fecimus. Orta igitur
ab initio seditione cum exercitus apud Tunes oppidum constitisset,
crebrisque nuntiis a senatu cartaginensium missis de concordia
tractaretur, postulatum est a militibus ut arbitrio Gisconis
controversiae sedarentur. Id propter summam spem optimamque eius viri
fiduciam ab exercitu constabat. Nam Hamilcari quidem per id tempus
irati milites erant, quoniam iis multa in Sicilia dum sub eo
militarent pollicitus esset, reversus autem domum fraudari patere-
tur, nec ut debuerat se pro eorum favore interposuisset. Itaque ad
Gisconem conversi, cuius recentior erat apud milites gratia,
illum arbitrum ad componendas lites poposcerunt. Venit igitur
tunc ea de causa Gisco in castra arbiter ab exercitu postulatus.
Sed multitudo incomposita et variis linguis variisque moribus,
ac insuper a seditiosis concitata incredibiliter fluctuabat, saepe eadem
die sententiam varians. Itaque paucis post diebus quam in castra
venerant, Gisco ab illis ipsis qui eum fiduciae gratia arbitrum
poposcerant capitur in catenisque coniicitur. Idem fit ceteris cartagi-
nensibus qui cum illo venerant. Idem quoque aliis quos
nancisci potuerunt. Duces igitur veriti Hamilcaris gratiam
quo maiore aliquo scelere milites obligarent, literas fingunt

Fictae litterae ab hostibus

suo arbitratu et tabellarius summittunt. Unde quasi alia de re ad
contionem vocant. Cum frequentes convenissent, tabellarius
ut praeceptum erat cum literis aderat. Narrat sese a Sardinia recen-
tissime advenisse, litterasque de communi re ducibus afferre. Leguntur in

Tenor litterarum

contione litterae. Tenor earum fuit ut Gisconem ceterosque captivos
diligentius custodirent. Esse enim quosdam in exercitu quorum opera
liberatio eorum promissa cartaginensibus esset. Eo nuntio turba-
tis omnium animis, et ut par erat in suspitionem versis, Spendius

Spendius loquitur contra eos qui confugerant ad clementiam Hamilcaris

suggestum ascendit. Milites supplici oratione precatur ne fic-
ta Hamilcaris clementia in dimittendis captivis recepisse putent.
Non enim eos dimisisse quod salvos esse cupiat, sed ut per illorum
dimissionem omnes simul decipiat, ut non de quibusdam sed de
omnibus simul supplicium sumatur. Ceterum vero ad Gisconis negotium
attinet, monere se atque obtestari ut etiam atque etiam considerare secum
velint quanta mox incommoda subitura sint, si tam egregius dux,
tamque praestans in re militari per ignaviam atque socordiam
eorum manibus elabatur, praesertim quem non ignorent esse sibi
inimicissimum. Non enim dimittere eum, sed contra se immittere.
Quod si accidat ut fictis debiti blanditiis eum labi pa-
tiantur, moxque ille sui arbitrii factus, ut credere par est, manu
et consilio persequatur, quis non eorum hebetudinem imprudenti-
amque contemnat, qui quem paulo ante in catenas coniecerint, eum
nunc tam fatue amicum fore speraverint. Adhuc eo dicente

Loquitur Autaritus

alter tabellarius a Tunete aderat, litterae fere eiusdem tenoris
erant. Quibus recitatis Autaritus gallorum rex assurgens unam
se perspicere viam salutis inquit, si omnis omnino spes quam in cartaginen-
sibus habeant praecidatur. Quo ad vero quis ad illorum clementiam
respexerit, eum fidum in bello socium esse non posse. Itaque illis
maxime credere, illis audire, illis mentem adhibere oporte-
re, qui quam acerbissima adversus cartaginenses consulerent. Qui
vero contra suaderent, eos proditores atque loco hostium haben-
dos esse. Post haec et huiusmodi tandem sententiam promit,
ut Gisco et ceteri cartaginensium quos in captivis haberet
duris suppliciis affecti necarentur. Erat hic maxime e ducibus
ad dicendum aptus, propterea quod ex longa militia assuetus
fenicea lingua utebatur, quam vero plurimi intelligebant. Huius

igitur omnino furore militari excepta a ferocissimo quoque laudatur. Mo
destiores autem siqui in exercitu erant contradicere non audebant,
ne forsan suspitione illa quam ex litteris propositam diximus notarentur.
Fuerunt tamen quidam qui sententiam Autarici laudantes mor
tem probarent. Duriora vero supplicia presertim in Giscone
viro eius dignitatis tollerent. Hii vero minis et vocibus sedi
tiosorum agitati, ac pene lapidibus obruti sunt. Aguntur omnia
proterve ac turbulente, et quasi furore quodam turbe feruntur. Re
cepto igitur Autarici consilio, Gisconem et alios captivos ad septin
gentos eduxere. extra vallum producunt. Ibi a Giscone ipso
incipientes singulorum manus, nares, aures preciderunt.
membratimque laceraverunt. Ad extremum fractis cruribus
vivos adhuc in scrobem quandam abiecerunt. Et de omnibus cartagin
ensibus qui postea in eorum potestatem vivi pervenirent, idem sup
plitium sumendum statuere. Caduceatorem vero corpora defun
ctorum ad sepulturam petentem ad se venire vetuerunt. Idem sup
plicium caduceatoribus, legatisque si qui unquam ad eos venire
ausi fuerint, minitantes. Cartaginenses supplicio suorum ani
mum cognito miserum in modum affligebantur. totaque in luctu civitas
erat. Denique ad hamilcarem scribunt, uti hec tam scelesta et
inaudita facinora ulcisci properaret. Quibus litteris et simul crude
litate hostium permotus hamilcar, pristinam et ipse mansuetudi
nem exuit. ac omnes omnino hostium quos aut tunc captivos
apud se habebat, aut postea in eius potestatem venere bestiis
obiecit. Ita bellum desperatum atque nefarium ab utraque parte
exercitatur, ut nemo quisquam postea in eo bello, aut a cartaginensibus
captus est, quin bestiis lacerandus obiceretur, aut ab hostibus
qui non mutilatus excarnificatusque periret. Per hoc tempus cum vide
rent cartaginenses prevalere, ac longe meliori spe gerere bel
lum, subito fluere retro ac in contrarium verti fortuna cepit.
Postquam enim ex iis quas supra diximus causis efferatum est bellum
irritati cartaginenses, ob hostium crudelitatem, hanonem
alterum ducem, hamilcari coniunxere. ac pari consilio admi
nistrari bellum iusserunt. Sic enim facilius opprimi hostes
posse arbitrabantur. Verum igitur fuerunt simul duces, magne inter

eos controversie oriuntur. in quibus usque adeo vesanie progressum est,
ut omissa hostium cura per singulos dies inter se pene dimica
rent. et facultatem opprimendi sui hostibus darentur. Accessit
ad hoc commeatus penuria. non solum propter incuriam ducum, verum
etiam propter naufragium. quo onerarie fere omnes frumentum in castra fe
rentes, adversa tempestate correpte, perierant. Per idem tem
pus uticenses et ypponenses. que civitates ad eum diem vel prima
etiam in partibus cartaginensium steterant. mutata voluntate ad
hostes defecere. et quidem tanto furore. ut omnes cartaginenses
qui presidii causa apud illos erant interficerent. ac cruentibus op
pidorum portis patentes darent. Explicatus igitur Matho hypponen
sium cura. qua prius distinebatur. exercitum reduxit. coniunctus
que cum Spendio et Autarico omnibus simul copiis. cartaginen
sium ipsam obsidere aggreditur. Tantis undique cladibus afflicti car
taginenses. quo se verterent nesciebant. et accedebat iis
malis. quod in senatu factionibus certabatur. Aliis hamilcari. aliis ha
noni faventibus. Unde et barchina factio dicta est. quoniam ha
milcar cognomento barcha vocitabatur. Cum itaque alter e duobus
movendus esset. ut in senatu obstudia factionum convenire
posset. placuit tandem exercitus arbitrio permittere. ut quem vellet
ducem retineret. quo facto rursus hanone a cura belli repul
so. prerogativa militari hamilcar prefertur. In hanonis locum
hanibal suffectus est magnaque concordia ducum bellum deinceps
administratum. Carthago nihilominus ab hostibus obsidebatur.
Nam terra quidem circa urbem omnia loca tenebant. Hamilcarem
vero exercitumque excluserant. Per hec tempora cartaginensibus
obsidione laborantibus hyeron syracusanus magna summisit auxi
lia. Romani quoque in hoc cartaginensibus opitulati sunt ex huius
modi causa. Cum primum obsideri cepta est cartago multi ab italia que
stus gratia navigantes, frumentum in castra hostium deferebant. Eorum
ad quingentos variis temporibus cartaginenses ceperant. et in carce
rem adduxerant. Quadecausa cum postea legati a senatu missi cartha
ginem venissent. et cartaginenses eorum gratia commoti illos qui
capti erant benigne liberassent. Usque adeo grate id suscepit
p. R. ut s. c. fieret ex italia ac omnibus locis. que romano suberant

Mors crudelissima [?] illata gistony et ceteris captivis

O crudelissimum certamen belli

Hanno iunctus est hamilcari

Discordia orta inter hamilcarem et hanonem

Repellitur hanno et in eius locum succedit hanibal

Fauor prestitus Romanorum cartaginensibus

imperio frumentum cartaginem exportari liceret. In castra non
hostium neque exportaret magistratus constituta pena eodem. S. c. prom
issum est. Captiui quoque omnes cartaginensium, qui post pacem in sicilia vel
alibique remanserant. sine precio dimissi sunt. Quibus rebus sub
leuati cartaginenses obsidionem tollerabant. Et iam copie hamil
caris in dies augebantur. Itaque superioribus locis castrametatus
commeatum ab Affrica deferri in castra hostium prohibebat.
Qua tandem difficultate coacti hostes. cum neque ab ytalia sibi
aliquid prohibentibus romanis. neque a terra impediente hamilca
re. commeatus deuehi possent. obsidionem dissoluerunt. relictoque
apud oppidum tunes mathone. cum parte copiarum. spendius reli
quas habens copias ad quinquaginta milia hominum contra ha
milcarem contendit. hamilcar equitatu et elephantis preualebat.
quo duo veritus Spendius. plana vitabat. editis locis castra
metabatur. Cum igitur propinqua essent hostium castra. ac per sin
gulos fere dies prelia committerentur. confestim discernere licuit. quantum
inter peritiam ducis ac temeritatem ferocium virorum interesset.
hamilcar enim nichil temere. nichil ferociter agendo spendii
audaciam breui domuit. Nonnumquam enim simulata fuga in
insidias precipitem traxit. Nonnumquam improuise hostes adortus
magnum eorum numerum oppressit. Captiuos omnes vti ab initio consti
tuerat bestiis lamandos obiecit. Tandem circumuentos eo dif
ficultatis adduxit. vt neque ex editis locis descendere metu
equitum ac elephantorum auderent. neque commeatus deferri ad
eos posset. Cum eam iam plane esset obsidio spendius ad matho
nem nuntiis missis vt sibi cum reliquis copiis subueniret pos
tulauit. Et quasi id prope diem futurum esset. hac auxilii spe mili
tes solabatur. Sed nichil duci in presentiarum non aderat hamilcar
cum eos in dies magis premebat. ac uallo et fossa circumdabat. Com
meatus autem omnino defecerant. Cumque captiuos omnes bestiis obiectos non
obscurum esset. nec ulli misericordie locum sibi relictum ob sup
eriora scelera intelligerent. incerto consilio inter angorem famis
ac formidinem supplicii fluctuabant. demum ad eam rabiem
desperatio adduxit. vt primo equos ac iumenta comederent.
mox seruis ac ministris cesis. eorum carnibus sustentarentur

Opprimuntur ab hamilcare Spendius

Denique cum frustra expectatum auxilium non veniret. milites spen
dii cum hamilcaris militibus e vallo colloquuntur. petuntque vt
liceat legatos ad hamilcarem mittere. Id cum impetrassent mit
tunt aliquos ac per eos paciscuntur. vt decem e primoribus exercitus
hamilcari traditis. reliqui cum singulis vestimentis abire liceat.
Ea pactione Spendius ipse et Autaricus. et alii primores exercitus
traduntur hamilcari. et in catenas coniciuntur. Dum hec in castris fiunt.
ad quatuor milia affrorum. qui huius pactionis ignari fuerant
arma ceperunt. et in parte castrorum se tutabantur. quos postea ha
milcar qui expertes federis in hostium numero habuit. eorumque ad
unum interfici iussit. Post oppressum spendii exercitum. ha
milcar vt reliquas hostium copias persequeretur. tunes exercitum
duxit. Id cum oppidum matho cum parte copiarum tenebat. et usque
ad cartaginis menia quotidie infestabat. Cum igitur tunes per
uenisset in pugnam elicere mathonem intendebat. At matho se primo
aduentu menibus continebat. nec pugnandi copiam faciebat.
Itaque duces partitis inter se copiis. binis castris diuisa regione
contra oppidum positis. obsidere inclusos ceperunt. hanibal ab
ea parte oppidi que ad cartaginem spectat castrametabatur. Hamil
car non superioribus locis que ad affricam pertinent. Ita diuisis
copiis castrisque die constituta de spendio et Autarico. ac ceteris
primoribus hostium. quos in catenis habebant. supplicium su
mere in oculis obsessorum statuerunt. Quobrem ex oposito cum op
pidum conuenientes. quam proxime ad menia illos adducunt. ibi
que supplicio laceratos spectantibus hostibus altissimis crucibus
sustulerunt. Ea cum perfecissent sua neque dux in castra milites
reducere cepit. Inter hec matho paratis structisque intra oppidum
copiis. eorum digressum expectabat. Itaque vt hamilcarem iam
longius abisse conspexit. e diuersa regione oppidi confestim eg
ressus. hanibalem tardius inter fatientem assequitur. Tantusque
fuit impetus. vt non solum profligaret hanibalis exercitum. verum
etiam cum effusa fuga repeteret castra. mixti vna victi victoresque in
intrarent. Turpis dehinc fuga et plurima cedes vbique per iram
a victoribus edita. Capti sunt multi. et in primis hanibal ipse
dux. quem e vestigio ad crucem Spendii tractum. illius de

Traditur spendius et autaritus et priores consentiunt

Hamilcar exercitum duxit in tunes contra mathonem

Sunt supliciati spendius pro antaritio

Hanibal ... a Mathone crudelissime occiditur

deposito corpore. hunc mutilatum crudeliter atque confractum. vivumque ad hunc in eandem crucem sustulerunt. xxx. vero ex nobilitate cartaginensium circa spendii corpus crudelissime mactaverunt. hamilcar nec satis propere sensit eruptionem propter longam distantiam castrorum. Nec postquam intellexit ferre auxilium potuit. ob locorum difficultatem castrorum. Nec postquam intellexit ferre auxilium potuit. ob locorum difficultatem. Interiacent enim paludes. ac plurimum impedita sunt loca. Processerat tamen e castris ut auxilium ferret. sed medio fere itinere deletum hanibalis exercitum. et castra eius capta cognovit. Itaque reductis propere copiis. nec prioribus castris consistere ausus. Longius abiit. et apud macheriam flumen castrametatus est. Hec postquam cartagine nuntiata sunt. rursus senatum simul ac plebem metus invasit. Renatum enim bellum cernebant. quod paulo ante confectum videbatur. Ita maiori cura quam unquam incumbentes. novum in urbe delectum habuere. Triginta vero senatores ad hamilcarem legatos miserunt. qui cum illo agerent ut privatas inimicitias. quas sibi cum hanone fuerant. rei publice condonarent. eumque collegam esse pateretur. eiusque consilio bellum gerere.

Hano hamilcari iterum coniungitur

Id cum impetrassent hano rursum cum novo delectu missus hamilcari coniungitur. hii post hoc adversus mathonem bellum gerentes. post multos casus. ac varias belli vices. quos et apud leptem oppidum et aliis locis habuere tandem ex composito sua et hostium voluntate. magno prelio signis collatis decernere statuerunt. Ad hoc ipsum dicere constituta est copie undique contracte. apparatus omni animo. ut pote ad extremum casum facti. Pugna demum inita. cartaginenses victoriam assecuti sunt.

Matho in potestatem cartaginensium pervenit

Matho in potestatem hostium vivus pervenit. Post hoc plurimum civitates affrice que prius defecerant. in cartaginensium potestatem redivere. preter Uticenses et hypponenses. Hi namque pro magnitudine crudelitatis dudum in cartaginenses cives edite. si in victoris potestatem redissent supplicium formidabant. Itaque iam pridem ad romanos legatione missa se ac sua illis dedebant.

Romani non susceperunt oblationem Uticensium et hypponensium

At romani suscipere noluerunt. Ita re infecta legatio rediit. Tandem precisa omni spe. et ipse redire in potestatem victoris coacte sunt. Per hunc modum finis bello affrico impositus tric-

Finis ... bello affrico impositus

nio fere. et quatuor mensibus postquam ceptum fuerat. usque adeo prospero eventu. ut non solum cuncta recuperarent cartaginenses in affrica prius amissa. verum etiam auctores omnes rebellionis. qui fato quodam in potestatem eorum vivi pervenirent. Matho captivique alii in triumphum ducti. et supplicio affecti sunt.

Matho et ceteri rebelles supplicio affecti sunt

Post pacem initam in sicilia cum romanis factam cartaginienses ista gessere. Romani vero post eam pacem adversum yllirios ob cesum populi romani legatum. et infestatum predatoriis navibus mare. tunc primum gessere bellum.

Illiri

Quibus celeriter domitis et purgato mari. pleraeque civitates grecie in populi Ro. amicitiam pervenere. Nam ylliri per id tempus communes omnium grecorum hostes erant. terraque et mari omnia infestabant. Corciram et Epidamnum obsederant. et pugna navali acheos fuderant. omnemque greciam latrociniis armisque contriverant. Sed ubi affuerunt consules ambo. C. quidem fulvius cum ducentis navibus. Aulus vero postumius cum pedestribus copiis. quas brundusio appoloniam traiecerat. facti nullo negotio illirii et ad extremum domiti. pacem supplices petiverunt. et quas tulerunt consules conditiones acceperunt. Teuta eorum regina. cuius opera legatus populi romani cum ad res repetendas ad eam venisset. interfectus fuerat graviter multata. ac fere tota regno spoliata est. Reductis in italiam exercitibus. cum nuntiarent cartaginenses finito affrico bello magnam parare classem. qua sardiniam invaderent. romani in suspectionem adducti. quasi ea classis adversus se pararetur. pacem ruptam contendentes bellum cartaginensibus indixere. Cuius tanta repente formido penos invasit. ut non solum sardiniam dimitterent. verum insuper stipendium mille ducentorum talentorum penderent. ne se in presentia belli po. r. adoriretur. Ita fedus inter cartaginenses ac romanos renovatum est. Sardinia ad imperium accessit. Crescentibus mox in hispania cartaginensium viribus. eo namque post fedus. hamilcar cum exercitu missus. incredibili virtute rem cartaginensem adauxerat.

Crescebant in hyspania cartaginensium vires

nec eam quidem partem romanus po. negligendam putavit. sed du
abus exercitibus que commissis. Insequi in locis ipsum extendit. ut ne
que plus nimio cresceret adversariorum potentia in alia penitus
regione. nec ex ea parte quamquam moliendi facultas hostibus prestaret.
Bellum deinde gallicum in italia oritur. de quo altius repetentes
dicere aggrediemur. Nam ut Affricanum bellum cartaginensibus
periculosum fuit. ita gallicum romanis. et in utroque non de gloria.
sed de salute pugnatum constat. Italia ab oriente quidem adriati
co mari. a meridie vero atque occasu tyrreno in modum insule cin
gitur ad septentriones vero montes habet continuos. qui inter utrum
que mare extensi. mirabili altitudine. ac difficillimo additu. a
mediterranea regione. illam communiunt. Hi montes proprio nomine
alpes vocantur. Appenninus autem mons paulo superius infernum ma
re. ab alpibus oritur. moxque se magis ac magis ab illis dis
iungens. recto dorso in superum mare fertur. quasi usque ad ur
bem Senam. Inde rursum ad dexteram flectens. per mediam
italiam in siculum fretum descendit. Inter Appenninum vero et al
pes. campi sunt non italie magis. verum etiam totius Europe
uberrimi. quorum formam quodammodo triangularem esse contin
git. Alterum alpes que ab angulo summo quo se invicem conti
gunt. magis ac magis disiungentes in adriaticum mare feru
ntur. Basim vero trianguli littus ipsum adriatici maris efficit.
a Sena urbe usque ad intimum venetie sinum. Padus vero inter Ap
penninum. et alpes decurrens ingenti aquarum multitudine
planitiem secat. et in adriaticum mare fertur. hanc regionem tusci
quondam incoluere duodecim urbibus in ea conditis. Et adriaticum
mare ab adria tuscorum colonia. que inter hostia padi condita fuit
nominatum constat. Galli deinde superatis alpibus in hanc regionem
transierunt. pulsisque etruscis per hec loca consedere. A quibus
mox gallia nominata est. Gallie igitur due sunt. altera transalpes. que
proprie est gallia. Altera in ytalia que cisalpina dicitur. Sed huius
gallie que est in ytalia. Precipue auctoritatis hi populi fuere. Pri
mum inter padum et alpes Lai. mox lebeti. Post hos insub
res. mox cenomani inde veneti. non ipsi iam galli. sed aliud
genus antiquum ex paphagonia profectum. Inter Appenninum

Montes qui dividunt ~~ceteras regiones~~ ab italia appellantur alpes vocantur. alii ceteras regiones

Cur vocatur adriaticum mare

Duplex est galia

rursus et padum. primum ananes. post boi. inde egones. mox se
nones. qui iuxta adriaticum mare extremi omnium gallorum in
coluerunt. horum patria urbs Sena fuit. Ducentesimo fere anno
postquam hi gallorum populi in ea regione consederunt. bella inter eos ac
romanos sunt orta. nec primum adversus omnes. sed adversus senones
qui magis finitimi erant. hi enim superato Appennini iugo. cum
magno exercitu in etruriam descenderunt. Ibi cum urbem clusium
obsedissent. irritati a legatis romanis. qui pro specie concordie ve
nientes. mox prelio sese intulerant. ac regem ipsum gallorum commi
nus pugnando occiderant. omisso clusio romam invasere. hi sunt
galli senones a quibus romam captam vulgo predicant. non ipsi
tunc primum ex gallia venientes. sed in ytalia nati educati. Ve
rum antiqua origine ex gallia orti. Multa post hoc bellum.
inter romanos et gallos consecuta sunt. usque ad tempus primi pu
nici belli. Post id autem bellum maior quam unquam tumultus. ex hu
iusmodi causa exoritur. Non multo ante id tempus galli etruriam
ingressi Arretium obsederant. Romani auxilium ferentes
contra romanos. non longe ab Arreti menibus dimicarunt.
In ea pugna superati romani consulem amiserunt. Multi preterea
captivi romanorum in galliam ducti. Cum igitur pro his redimendis
legati p. R. in galliam venissent. contra ius gentium violati a
gallis interficiuntur. Ea indignatione p. R. novum delectum ha
buit ex integro. Ac manium curium bello gerendo prefecit.
qui cum exercitu galliam ingressus. contra senones collatis signis
pugnavit. Victorque tanta eos occidione occidit. ut pene ad in
ternitionem delerentur. Reliquos vero qui prelio superfuerant sedibus
romani pepulerunt. Alios deinde gallos duos pluries superatos
sine acquiescere rebus. ac pacem optare compulerunt. hec fere
extrema erant. circa gallicas gesta. ante tempus primi punici belli. Ita
que durante primo bello punico galli quietem egere. Post primum
enim tandem et yllirianum bellum. C. Flaminius legem ad popu
lum tulit. ut agrum gallicum qui senonibus per superiora bella ad
emptus fuerat. romanis civibus assignaret. Id cum inotuisset. boi
qui proximi post senones erant. hanc propinquitatem romanorum
gravissime indignabant. Quo enim tandem alio rem eam spec

Nota bene contra bonghio nec francos et burgundos qui se iactitant roma alias potitos fuisse quod manifestissime potiuntur violentia et mendacio: ut patet hic

Victor Manius curius contra gallos

tare. nisi ut pulsis deinceps omnibus gallis regionem totam ipsos
usus romani occupant. Consuevisse bella geri propagandi imperii. ac
glorie causa. incolis aut parta solere. Romanos aut contra ius gentium.
contraque humanitatem. non iam de gloria. sed de preda certare. Enim non
non usque adeo contritas esse gallie vires. ut contemptui romanis esse
debeat. ac in eorum oculis. quibus cum pacem fecerunt. veluti per im
proborum in bello spolia legere. His accensi vocibus legationem de
communi salute ad insubres. quorum precipua inter omnes gallos cisalpinos

Mo. pro insubres

fuit auctoritas mittunt. Idem faciunt ad cenomanos et alios
gallorum populos. Ibi refricandis veteribus odiis. ac recentibus
iniuriis contra romanos incendunt. Magnas esse docent cisalpi
norum gallorum vires. modo omnes consensu ad bellum incumbant. Quod si sin
guli per se aggrediantur. impares esse romanis. quod illi astu providen
tes. semper egisse. ut singulos invaderent. Itaque senones dudum
ea fraude evertisse. nunc non boios impetere. quos si opprimant.
mox cenomanos deinde insubres petituros. Quamobrem si sapiant
communi consensu bellum esse suscipiendum. Quin etiam mittendum esse
transalpinis legatos. qui pristinam consanguinitatem commemorent.
principumque populorum auxilia rogent. His igitur rationibus insubres.
et cenomanos. ac ceteros omnes gallie populos in sententiam trah
unt. consiliaque belli facile suscipiunt. Et contra p. R. omnes coniurant.

Galli contra p. R. omnes coniurant

communique consilio transalpinis legatione missa Congolitanum et Ane
roestem gallorum reges. itemque alios circa rodanum gallos ingentibus
premiis pollicitationibusque sollicitare aggrediuntur. ut coacto exer
citu in ytaliam transeant. permaxima eius commoda si romanos superent
ostendunt. Esse enim italiam preter quam quod ubere et ameno solo. ceteris
quoque in dies possint divitiis refertam. Romanos autem una nullum
fore negotium si transalpini cisalpinique galli pristine consanguini
tatis memores una ad bellum incumbant. cum enim olim senones
soli eos prelio fuderint. urbemque romanam ceperint. atque incende
rint. hec iactando monendoque tandem reges ipsos. populosque
gallie ad bellum excitaverunt. magnusque confestim habetur delectus.
Multi in spe prede. ac novarum sedium cupiditate. sese regibus
voluntarii coniungunt. Ut iam maior nunquam exercitus. neque ex va
lidioribus pugnatoribusque gentibus. neque cum apparatu insignior

cogeretur. Societasque publice facta. inter cisalpinos et transalpinos gal
los. ad romanum imperium evertendum. Hec ubi fama et multorum

Societas est facta inter cisalpinos et transalpinos gallos

litteris nuntiisque romam delata sunt. magno terrore eorum notarie tu
multuari in urbe ceptum. Magnos delectus haberi. copias educi
preparare omnes. trepidare. adesse iam gallos putare. Ceterum hec non
parum cartaginiensibus profuere. ad imperium in hyspania propagandum.
Romani enim hunc tumultum gallicum formidantes. res hispanie
negligere coacti sunt. Itaque renovato cum cartaginiensibus federe. to
tis iam animis in bellum gallicum versi. id unum per id tempus maxime
cogitabant. quemadmodum adversus gallorum conatum resistere
possent. Coacto circa rodanum exercitu. omnibusque ad iter paratis. Co
golitanus et Aneroestes gallorum duces magna multitudine
moventes superatis tandem alpibus in italiam venerunt. Tardi
orem fuisse illorum adventum constat. ac diutius protractam spem. Itaque
cenomani et veneti Legationibus romanorum interea deliniti ab in

Cenomani et veneti legatos Rom. [illegible]

cepto destiterant. populoque Romano amicitiam societati transalpinorum pretule
rant. Cum ergo in campos qui sunt circa padum transalpini ex
ercitus descendissent. insubres ac boi magna multitudine sese
illis coniungunt. Reges igitur propter cenomanorum venetorumque suspitio
nem parte copiarum in insubribus relicta ipsi cum reliquo exercitu castra versus
etruriam movent. ducentes peditum atque equitum infinitam pene
multitudinem. Eo anno L. Emilius et C. Attilius consules erant.
Attilius principio consulatus in sardiniam cum classe navigarat.
Emilius autem cum exercitu Arimini boiis oppositus consistebat. Ce
terum civitas tota erecta ac sollicita erat. nec sine ingenti metu.
tanti gallorum conatus expectabatur. Veniebat enim in mentem veteris
te cladis. et quam fatalem romane urbi gentem formidabant.
Itaque maiores ubique delectus ob hanc suspitionem p. R. paravit.
ac insuper delectus novum in urbe et apud socios in priore habebant. Et
quia non semel. sed pluries pugnandum esset. scripti milites copieque to
cius italie ad senatum relate prompto esse monebant. Nec sane ce
teri ytalie populi segniores erant. Tantis enim gallorum copiis italiam
prementibus. non iam pro imperio populi R. sed pro salute sua suorumque ac
patrii soli tutela se pugnaturos arbitrabantur. Ea propter omnis italie
populi romanis non quam dominantibus. sed quam potentia et auctoritate primoribus

in hoc bello paruerunt. et qui ad caput summam totius rei sponte sua referebant. Quantas vero copias in armis. quantasque paratas in subsidiis italia tunc haberet. ex tabulis singulorum populorum intueri licet. Quas hic pro ut a certissimis auctoribus nostris grecis traditum est. sigillatim referendum pro gloria patrie existimavimus. Primum itaque a romanis incipiam. L. Emilius et C. Attilius consules principio sui consulatus. quatuor legiones urbanas in expeditionem eduxerant. harum singule quinque milia et cc. pedites. Equites vero ccc. inerant. Exierant quoque cum hisdem consulibus auxilia sociorum. horum erat numerus xxx. milia peditum equitum vero duo milia. Itaque consules ambo in exercitu habebant peditum milia quinquaginta et octingentos. Equitum vero tria milia et ducentos. Hic ordinarius erat exercitus. ac per singulos annos educi solitus. Extra ordinem vero tumultus gallici causa. he postea copie superaddite fuerunt. Primum tusci atque sabini peditum septuaginta milia. equitum vero ad quatuor milia. Statim ut galli Appenninum transisse nunciati sunt in armis habuere. hisque privata magis quam publica auctoritate contra eos bellum viderent. pretor romanus prefectus ac tueri etruriam iussus. Post hos umbri et sarsenates accole ad xx. milia. hi in appennino consistere iussi erant. ac in boiorum agros irrumpere. Has tunc adversus gallos copias primo impetu opposuerant. Erant preterea parate alie copie. que quasi in subsidiis tenebantur. Romanorum xx. milia peditum. Equites vero mille et quingenti. sociorum autem xxx milia peditum. Equitum vero duo milia. hi rome iussu senatus populique siquid subitaneum incideret. assidue prestolabantur. In tabulis vero relate erant copie armatorum. quas una quaeque gens subsidii causa paraverat. Numerus eorum hic fuit. Latinorum octuaginta milia peditum. equitum vero quatuor milia. Samnitum vero septuaginta milia peditum. equitum vero septem milia. Iapigensium ac Mesappiorum quinquaginta milia peditum. equitum tria vero sedecim milia. Lucanorum xxx milia peditum. equitum tria milia. Marsorum autem et Marrucinorum ac Frentanorum. et preterea Vestinorum peditum xx. milia. equitum vero iiii milia. Erant quoque per id tempus preter eas copias quas supra memoravimus

legiones due in sicilia. et circa Tarentum presidii causa constitute. harum singule habebant peditum quatuor milia ac ducentos. equites vero ducentos. equites vero ducentos. Insuper romanorum campanorumque scripta ac parata ad id bellum multitudo ingens. Eius numerus fuit circiter cc. quinquaginta milia peditum. equitum xx. milia. Numerus igitur omnium simul ex tota ytalia armatorum fuit. septies centena milia. Equitum vero circiter septuaginta milia. He tunc italie copie fuerunt. Preter boios et insubres ac ceteros populos qui romanis adversabantur. Galli paratis omnibus que ad bellum pertinebant. tandem superato Appennini iugo in etruriam descenderunt omnia ferro igneque vastantes. Cumque iam non longe ab urbe clusio essent. etruscorum sabinorumque copias. quas presidii causa paratas diximus. cum romano pretore in agro arretino convenisse nunciatur. Quo audito galli confestim iter ad nostros tumultuosius converterunt atque in conspectu essent castra utrique muniverunt. Pretori romano. expectandum Lucium Emilium consulem videbatur. Nec prius cum tanta multitudine gallorum fortunam pugne experiundam esse. quam exercitus consulis cum etruscorum copiis sabinorumque iungerentur. Eo consilio itaque nullum militem continebat. nec potestatem pugnandi faciebat hosti. satis in presentia existimans si a populationibus cohiberet. Cognita igitur pretoris sententia galli dolum adinveniunt. Quasi enim adventum consulis. Nam is iam plane dicebatur formidabant de quarta vigilia peditum educunt. ac fesulas versus iter facere contendunt. Equitatum vero omnium in castris relinquunt. nec prius iter arripere iubent quam hostibus conspicati sunt. Etrusci igitur ac sabini prima sub luce gallorum equites tumultuosius abire conspicati. cum insuper noctis silentio peditem e conspectu ablatum cernerent. fugamque et trepidationem existimarent. rapto post hos agmine instante ferunt. Ita precipitati in insidias circumveniuntur a gallis et in iniqua pugna decernere compelluntur. Ad sex milia etruscorum sabinorumque in ea pugna cecidere. Reliqua vero multitudo cum galli undique premerent. minorque et ferocia prestarent. arrepta proxime fuga in tumulum quendam natura munitum sese trepida recepit. Galli quoniam et prelio et superioris noc-

Galli superato Appennino in etruriam descendunt

Victoria gallorum contra etruscos

tis vigilia confecti erant ab expugnatione eius tumuli se tunc conti
nere. Sed circum ea loca stationibus dispositis ad curanda corpo
ra vertuntur. Eo proposito ut postridie totis viribus tumulum
expugnare aggrederentur. Per id tempus. L. Emilius cos. quem ari
mini cum exercitu fuisse diximus cognito adventu gallorum in etru
riam per proximos appennini saltus transierat. Cum forte sup
erioris pugne ignarus non longe ab eo tumulo castra posuisset.
qui obsidebantur cognito adventu consulis. id enim ex ignibus per
noctem intellexerant. ad illum mittunt. ac rei geste seriem.
quo ne sint loco res exponunt. Consul in tanto sociorum periculo
minime cunctandum ratus. ut primum dilucescere cepit. cum
equitatu antecessit. tribunos cum legionibus sequi iussit. Galli quoque
ea nocte advenisse consulem ex ignibus intellexerant. Itaque vigi
lie totis castris per noctem facte ac fere omnes armati in somnis
constitere. Cum non prima luce aut pugnandum adversus consulem
obsessosque aut concedendum appareret. Anaroestes gallus
et duarum noctium vigilia et superioris diei labore confectus me
tuens. quod prelio averteret circumvenias subinde circas mecat.
Inquit enim stultum esse temptus cum hostibus terere donec preda. que
nunc passim totam per etruriam iacet ex agris tollatur. si sapi
ant galli late discurrendum predas quam maximas abigendum.
cum satis onusti fuerint in primam galliam reddeundum. relic
tis ibi sarcinis et impedimentis rursus etruriam repetendum.
ut plenum adversus hostes expediti confligant. Id consilium cum
approbassent galli ante consulis adventum signa moventes
longe lateque predatum per etruriam descendunt. Onusti tan
dem omnis generis preda. cum ad littus inferi maris non longe a
thalamone oppido pervenissent converso tandem itinere iuxta ipsum
littus vadentes galliam repetebant. L. Emilius consul his
copiis susceptis. qui in tumulum confugerant gallos insequebatur.
Eosque quantum poterat a populationibus cohibebat. Per id tempus .C.
Attilius alter consul per litteras senatus e sardinia accitus pisas
navibus advenerat. Expositisque in terram copiis contrario
quam galli itinere iuxta littus inferi maris exercitum ductabat.
Cum ubi iam propinquare gallos ex captivis quos exceperat

Consilium gallorum de non confligendo [illegible]

cognovit. alterum non consulem pone sequi legiones tri. mil. tradit.
iubens ut mature vestigia sequerentur. Ipse cum equitatu antecedens col
lem imminentem viae preoccupare constituit. ex eoque pugnam adversus
hostes committere. Galli postquam adventare alterum consulem intellexerunt.
confestim equitatum omnem. ac partem expeditorum premittunt. ad eum
collem occupandum. Erat enim is locus peropportunissimus. quia
aditum claudebat. quo necessario erat transeundum. Cum
non anticipatum iam a C. Attilio. cos. invenisset pugnam
equites incipiunt. Id certamen magis ac magis crescere. quod cum
L. Emilio erant primum admirabantur. ignari alterius consulis
adventus. sed ubi propius accedens. C. Attilium ex pugna
adesse cognovere. ingenti letitia persusi equites emilium in subsidio
eorum qui pro colle pugnabant transierunt. Emelius autem ipse cum
legionibus uti consueverant post gallos quadrato agmine seque
batur. At galli ubi se medios inter duos consules et occupa
tum iter duos consules et occupatum iter perspexerunt. quia a fron
te simul et a tergo pugnandum erat. bifrontem aciem struxere.
Contra emilium enim qui pone sequebatur gesatas et insubres. adversus
autem. C. attilium thaurinos et boios collocarunt. Carros et
impedimenta inuna in locum extra aciem subduxerunt. predam
non omnem in proximum tumultum cum presidio exposuerunt. Cum
duas ut predictimus frontes haberet gallorum acies. non solum
terribilem aspectum. verum etiam efficacem ad pugnandum esse illam
evenit. Ut enim magis apta erat. ita magis conspicua hostibus
reddebatur. plusque ad ostendendam virtutem facultatis erat. Boi
quidem et insubres armatis fingentes sagulis. gesate non more
sue gentis pugnabant. Primum certamen equitum fuit. gallis
pellere e colle. C. Attilium cos. romanis tueri locum annitentibus.
Erat utrique equitum multitudo ingens. ac summa virtute
ab utrisque pugnabatur. Hoc in loco. C. Attilius cos. cum in primis pu
gnaret. a gallo quodam equite transfixus hasta occidit. caputque
eius ad reges defertur. Nec tamen id deterruit romanos equites
sed ob iram cesi consulis acrius incumbentes. post longam pugnam non
solum tutati sunt collem. verum et gallorum equitatum omnem fuderunt.
Inter hec peditum acies appropinquarat. plurimusque non insi

Galli [illegible]

mo. verum etiam auditu horrendum emittebat. Ex tribus enim exercitibus pugna constabat. Galli medii a fronte resistere a tergo invadere gallorum aciem propositum. Terribilis erat classicorum sonus. cum quibus simul omnis gallorum multitudo tantum ululatum vociferationemque attollebat. ut vix aures perferrent. circa etiam circum loca incredibiliter resonarunt. Terribilis insuper nudorum aspectus. Magna enim ac nuda corpora motus quosdam bellicos edentia. miraculo simul et formidini erant. His accedebat splendor ornamentorum oculos perstringentium. Boiorum enim et insubrium torquibus aureis et virgatis sagulis tota fulgebat acies. quibus partim obstupebant romani cernentes. partim spe prede magis incendebantur. Sed initio quo pugnabatur a sagittariis ante aciem romanam ex more premissis. haud insegniter infestabantur. Pretenuia enim et alba corpora scutum gallicum protegere tota nequibat. Itaque spicula intro adacta facile coherebant. crebris undique sagittis volantibus. cum propter distantiam ulcisci sagittarios nequirent. et infestius ferirentur. quidam rabie furentes alii in hostes temere ob dolorem ruebant et ibi opprimebantur. Alii retro vestigia referentes fedati sanguine terrorem suis afferebant. ordinesque turbabant. Iactantia igitur gesatarum qui ante signa in prelio erant per hunc modum domita. Insubres. boi. et taurini prelium excepere. amotisque sagittariis. pilis iam et gladiis res gerebatur. Hic non certatum (?) unquam alias clamor et strepitus. armorum percussio. vociferatio et gemitus. cadentium exultantiumque. motusque terribilis et omnis experientia ferri a fronte simul et a tergo insurgebat. nec quicquam erat in tantis exercitibus segne. Verum et lacertis et pectoribus et crebra vibratione gladiorum ubique certabatur. Quippe gallis nulla salutis spes nisi in victoria erat. Romani autem nisi tunc vicissent (?). nunquam post hac fore ut vincerent arbitrabantur. Cum duo consulares exercitus medios hostes. quasi de industria nacti sibi virtutem propriam beneficio quoque fortune iuvari viderent. Et inflammabat indignatio. quod populi Romani gloriam. italieque magnitudinem galli contempsissent. Quod nullis lacessiti iniuriis ultro arma intulissent. quod ad predam rapinamque sibi regionem inditam fore existimassent. His romani simul italique incensi acerrime dimicabant. Galli autem pari ferocia resistebant. sed et corporibus et armorum genere

impares. Nam corpora quidem gallorum estus laborisque impatientia sunt. Enses non graves et obtusa cuspide. ut ad primum descensum magnam vim habebant. sic ubi pedem contulerant punctim ferientes crebro ictu pectora hostium perfodiebant. Duri preterea et exercitati. estum ac laborem facile tollerabant. Quas ob res et universo certamine. et singulorum congressibus. galli superati passim cadebant. Stetit tamen immota gallorum acies. donec equites romani e colle descendentes. procellam equestrem in eam dedere. Tunc denique perturbati galli atque loco moti. a fronte simul et a tergo perierunt. Ex tanta multitudine gallorum. ad decem milia solum capta fuere. et in his Congolitanus rex. Cetera fere omnis multitudo in prelio cecidit. Multi tamen fugientes latitantesque per italiam varie oppressi sunt. Aneroestes autem rex e prelio fugiens. postquam nullam spem salutis superesse animadvertit. sibi mortem conscivit. Idem et alii quidam gallorum principes qui una fugerant fecere. Post hanc pugnam. L. Emilius. cos. predam omnem iis quorum fuerat restituit. spoliaque hostium romam misit. Ipse cum omnibus copiis profectus in boios vastatis hostium agris exercituque omni predarum genere ditato. romam ad triumphum rediit. duxit in triumpho regem Congolitanum. et principes gallorum prelio captos. pretulitque torques aureos et arma. ac omnifariam gallorum spolia. quibus postea capitolium ornarunt. Post hunc exercitum consules. Q. Fulvius et T. Manlius. in galliam cum exercitu ingressi. boios in dicionem p. R. compulerunt. Inde reliquos gallos invadere pergentes crebris imbribus. ac subinde pestilentia impediti desistere coacti sunt. Hos secuti cos. P. Furius et C. Flaminius. Flaminius cum exercitu galliam ingressus anamanes gallos qui non longe a massilia incolunt. primum subegit. mox in insubrium agros legiones traduxit. non longe ab eo loco quo adua flumen padum influit. Insubres magna multitudine ad prohibendum hostes convenerant. a quibus non modo in transmittendo amne. verum et in muniendis castris magna detrimenta romani cum suscepissent. ut primum facultas data est. eo ex loco abeuntes in cenomanos transiere. Ibi cenomanorum copiis ad exercitum adiunctis. rursus e superiore loco. qui ad alpes spectat insubrum

Victoria Rom.

Congolitanus captus

Romani invadunt gallos

agros moressi totaꝫ regioneꝫ longe lateqꝫ populant̃. Principes
aũt isubrium ista cernentes. ferro decernẽ statuerunt. itaqꝫ
acciti undiqꝫ multitudine. ad quinquaginta hoĩuꝫ milia arma
uere. Signa nõ aurea q̃ ĩmobilia uocitabant. nõ nisi ext
remo ĩ piculo promi solita. ex minerue templo substulere.
Cũ his pfecti nõ longe a romanis castramẽti sunt. tanta fero
tia ut uix ab oppugnatiõe castroꝝ primo aduentu tẽparent.
At .c. flaminius ↄsul. qui pugnãdum ẽe ↄstabat. pmum
illud secum agitare cepit. uiꝫ multitudineꝫ cenomanoꝝ.
q̃ una secũ ĩ agrum hostium irrupat. habendum ĩ plio ẽet
piculosum sane uidebat̃. gallis adũsus gallos ĩ eo discri
mine. atqꝫ his pstim locis. salutẽ suaꝫ exercitusqꝫ ↄmittẽ.
Qd' si eos amouerẽt lõge se ĩparem ↄtra tantas hostiuꝫ co
pias fore existimabat. Et simul uerebat̃. ne illi ac igno
mĩa accepta sese ĩsubribus ĩ idignabondi ↄiungerent. his
curis anxius ↄsul tandẽ piculosum consilium capit. Cas
tra erant apd' abduam amnẽ põteꝫqꝫ effecerat ad ulteriorem
fluvij ripam. Cenomanos igr̃ ad se uocatos quasi aliud
actus transire amneꝫ iubet. Cũ oĩs eoꝝ multitudo transis
set. tũc flaminius põteꝫ rescidit. ut nec sibi nec hosti ↄiũ
gere posset. Ipe copias quas domo eduxerat romanoꝝ ac
sotioꝝ ĩ atie producit. potateꝫqꝫ dimicandi ĩsubribus facit.
Nec sane prudenter locum ad pliuꝫ delegisse uidet̃. Ita
eiꝫ iuxta ripas atieꝫ ↄtinuit. ut si pmeret̃ ab hostibus. nul
la referendi pedis. aut se explicandi facultas ẽet. Vicit tamẽ
eam pugnam flaminius temeritate magis q̃ ↄsilio fretus.
Tantum eiꝫ militum robur. Tantaqꝫ tribunorum prouidentia
ĩ plio fuit. ut errata ducis uirtute supparent. Cum eiꝫ structe
ẽent acies. iãqꝫ pugna iniret̃. tribuni militum acceptis a
triarijs hastas tradidere ãtisignarijs. Id eo ↄsilio factum q̃
aĩaduerterant gallos pmo ĩpetu fortiter pugnare. postea
nõ cõfestim labescere. Ensesqꝫ illoꝝ unã dũtaxat aut alteraꝫ
plagam uehemẽtem habere. Itaqꝫ trãslatis ĩ pmam atiem
hostis distinere hostem iubent. donec pmus ille ardor ani
mi ĩpetusqꝫ resideret. Quod ꝛ procul dubio euenit. Nã cũ

Flaminius [illegible]

antesignani

antesignaĩ pectora galloꝝ oraqꝫ hastis ferient. galli ĩ his pcidẽ
dis hastis primũ impetuꝫ effuderunt. Tunc demum romani
abiectis hostis pedeꝫ pedi ↄferunt. ꝛ gladijs freti ora pectora
qꝫ galloꝝ exhauriunt. In hunc modum supati ĩsubres post
multam suoꝝ cedem effusa fuga tga uertere. flaminius aũt
magna captiuoꝝ multitudine. multisqꝫ galloꝝ spolijs ĩsig
nem romam exercitum reduxit triũphantqꝫ. Insubres tantis
afflicti cladibus p legatos romam missos paceꝫ a senatu p.
qꝫ R. petiere. Que tũ illis negata est. cõsulibꝫ qbus iam ea
prouintia euenerat. Legiones eo ducẽ ppantibus. Insubres
igr̃ despata pace. qi extremũ periculum ad ẽet. rursus ad
bellum se uiolentius ↄparunt. nec suis fixi uiribus trãsalpi
nos gallos spe pmioꝝ pellectos federe ac societate sibi ↄiũ
xerunt. Et his xxx armatoꝝ milia alpes trãsire. Que cũ
mediolanum quod est insubrium caput puenissent. de
domestica exercitus magna multitudine illis adiungunt̃.
Consules erant. C. Cornelius. et M. claudius marcellus.
hi copijs ĩ insubres ductis. Acerras urbem que est int̃
padum ꝛ alpes obsedere. Insubres q̃ ferre auxiliũ obsessis
neqbant ppterea q̃ media quidem loca ab romanis tene
bant̃ pte copiaꝝ trãspadum missa. clastidium oppidum so
tioꝝ. p. R. obsederunt. rati ea difficultate coactos romanos
acceras obsidione soluturos. Eo igr̃ ↄsilio clastidiũ opprimebat.
Id cũ ĩ exercitu. p. R. nunciatum ẽet. placuit ut alter ↄsul apd'
acceras cũ legioibꝫ maneret. alter cum parte copiaꝝ clastidio
opeꝫ ferret. Marcellus igr̃ cũ eqtatu ac expeditis ferre socijs
auxilium ↄtendit. Quẽ postqꝫ traiecto pado aduẽtare galli
ĩtellexerunt. soluta ↄfestim obsidione clastidij oĩbus copijs
ↄtra marcellum pperarunt. Structaqꝫ atie ĩ ↄspectu hostium
constitere. Ibi galloꝝ dux Viridomarus ĩsigni puectus equo
magnoqꝫ ornatu aũ signa pcesserunt. hunc Marcellus ↄspi
ciens cũ ducẽ ẽe illiuꝫ haud dubie ĩtelligeret. suos loco sistẽ
iubet. Ipe aunolãs ↄtra uiridomaꝝ se offert. nec Viridoma
rus detractauit pugnã. Sed ubi ↄsulem ex purpureo sagulo
ẽe cognouit. pulcrum ꝛ ipe ratus duci adũsus ducem pu

M[..]ns est Insubriu[m] caput

gnam capessere. ipiore se ad certamen obtulit. Concurrerunt medij iter duos acies. hic romanis illinc gallis. euentum pugne suorum ducum sollicite spectantibus. Sed uirtute belli ca longe superior fuit marcellus. transfixumque hasta gallum humi prostrauit. Romani equites uictoria sui ducis elati. magno impetu gallos inuadunt. breuique dissipatos, aduenientes pedites superuenirent in fugam uertunt. Magna pars gallorum cesa reliqui capti. Multi preterea cum se in padum precipites metu hostium dedissent uorticibus absorti periere. Marcellus arma ceso duci saculumque detraxit, que postea opima spolia iouis sacrauit. Ea sunt quotiens dux exercitus p. R. hostium ducem sua manu propria occidit. Quod itamus p. R. certaminibus ter duntaxat omni etate factum extat. Primum a Romulo ceninensium rege obtruncato. Deinde a Cornelio cosso. qui cos. lartem tolumnium ueientium regem pugna interfecit. Tercium a cl. Marcello. quod nos apud clastidium factum retulimus.

At galli qui apud Acerras obsidebantur. postquam superatos suos apud Clastidium audiuerunt. fuga per noctem facta Acerras deseruere.

Cornelius igitur cos. post captas Acerras mediolano copias admouit. Cum galli obuiam non prodirent populato circa urbem agro copias reducebat. Iter facientem galli pone assecuti extremum lacessere agmen cepere. multisque interfectis magnum terrorem ab ea parte incusserant. Itaque Cornelius cum legionibus conuersus pugnam conserit. In ea pugna galli superati profligatique. ita non in urbem mediolanum. sed in proximos montes aufugissent. Consul re in aduersa. exultante adhuc ob uictoriam exercitu mediolanum petit. Nactusque urbem paulisper metu et defensoribus uacuam nullo negotio eam capit. Quo facto omnes cisalpini galli penitus domiti in potestatem po. romani deuenere. Qui mox agris mulctati regioneque tota. preter admodum pauca loca excedere iussi sunt.

Contra R. p. gallos

Galli cisalpini in populi R. potestate fuerunt

DEO. GRATIAS. AMEN.

FINIS COMENTARIORUM BELLI GALLICI PER LEONARDUM ARETINUM ...

Discite vesane gentes non contempnere romam

Enee de picolominibus imperialis poete et secretarii qui papa pius ii nunc est prefatio Incipit ad lasdilaum Ungarie Regem:

SI. QUEM. UIRTUTI OPERAM. DARE. TOTUM. QZ. PRODE re bono artibus, oportet hunc esse te L. rex inclite nemo qui sapiat inficias ibit. Maximis namque regnis et amplissimis principatibus postquam tutele fineus annos expectans impatiens quibus nisi consummate prudentie fueris diu dominari non poteris. Regna uirtuti parent: resistunt uitiis. Sicut olim imperatoris ignauiam Roma non tulit: sic hodie Regis desidiam Ungaria detestatur. Nulli magis quam regnanti sapientia opus est. Quo pacto recte gubernari talios quem proprius subuerterit error? Rex insipiens se perdit et populum. Sapienti omnia in melius cedunt. Per me inquit sapientia reges regnant et legum conditores iusta decernunt. Tu ergo dum puerum agis et quom natu grandior fueris optimis te preceptis imbui sines. ad quas res prouocare te quoque maiorum exempla debebunt qui romano imperio cum maxima laude prefuerunt paternum atque maternum progenitores et qui te genuit diue atque indelende memorie pater Albertus a quibus degenerare fedissimum fuerit.. Maiorum qui regna suscipit ut uirtutes quoque suscipiat consentaneum est. Succedis in nobilitate. cura ut morum similiter nos successor fias. Nobilitas sanctis uestita moribus laudi datur. Nichil est nobile quod uitiosum. Quis enim generosum dixerit hunc qui indignus genere est et preclaro nomine tantum insignis: Sane ut animalia muta quamuis laudatis orta parentibus nemo generosa putat nisi forcia. sic homines appellari nobiles minime nequeunt nisi uirtute propria commendati. Miserum est ut Iuuenalis ait aliene incumberet fame Ne collapsa ruant subductis tecta columnis. Ad uirtutem autem capessendam litterarum

Pulchrum prohemium ... Leonardo Aretino valde

Regna virtuti parent

No.

Iuvenalis

studia plurimum adiumenti prebent. nec ante magis q̄ regi
doctrina congruit: quod intelligens romanus imperator francorum
regi qui cum tunc aetatis iunenis erat per epistolam suadebat li
beros uti suos literis erudiri curaret. illiteratumque regem quasi co
ronatum asinum esse dicebat. Nec ego romanorum principes duc
tos r. p. floruit illiteratos fuisse comperi sed domi atque militie at
que in senatu atque in exercitu dilatatam fuisse doctrinam. Manifes
tum que omnibus postquam exclusae sunt littere oēs elanguisse uirtutes.
Nam et armate q̄ militie infirmata est manus et ipsius prin
patus quasi precisa radix. Socrates ut est a Boetio relatum for
tunatas esse res. p. opinabatur si rectores earum studere sapie
contigisset. soli namque perfecti sunt hoīes qui ciuiles cum priuata par
tes queunt immiscere sibique gemina uendicant bona. Nam et
eorum uita cum semet utilitati et summa cum tranquillitate uillis
obiecta fluctibus per sapientie studia uersatur. Principibus
igitur et qui regnaturi sunt exprimendum est totis uiribus ut
et publica conficiant negotia et priuata uendicent quemadmodum
pro temporibus attinere uidebitur. Sic enim pericles atheniensis
tractauit officia sic Archita Tarentinus sic dyon syracusanus
sic tebanus epaminundas quorum duos teste plutarcho con
stat platonis fuisse discipulos. preterea nostros Scipiones fa
bios catones. Marcellos Cesares quibus simulans
summa eruditio fuit. Ad horum ergo te modum quoniam tem
pus aderit erigimus regnaturum ut fatigata magnis calami
tatibus Vngaria ac seuis hereticorum erroribus conculcata hoc
una te duce respirent splendorique pristino restituant. quod pro
cul dubio consequemur si spem quam de te prebes conse
cuta res fuit. Odorem namque de te boni hausimus sicut od
or agri pleni cui dominus benedixit. Magnum est futurum
probitatis inditium quod procaces impudicosque nec uidere nec
audire potes. Nemo tibi non modestus sodalis placet. Mo
ralis hystorias totis hauris auribus. Sic mihi de te locutus
est. G. cuius hortatu libellum hunc ad te scribere sumus
agressi. Optauissemus hoc oneris alteri fuisse mandatum q
meliora longe quam nos tradere potuisset. Neque enim tu es quem

mediocria delectent neque nos sumus qui prestare sublimia ualeamus.
Sed neque obsequium tibi neque preceptori tuo uoluntatem negare
debuimus ne uel Maiestati tue uel dilectioni sue uideremur
aduersi. nunc presertim quando Saluatoris nostri natalitia celebramus
quibus mos est fidelibus christianis inuicem munera ~~mutt~~
~~are~~ dandum tibi aliquid hoc tempore fuit. Sed quid est quod
elargiri tibi nostra paupertas queat. Non possumus nec tu deo
fauente hoc indiges auxilio. Sed aurum et argentum nō est mihi
Experiri licet et dicere. Quid ergo donare aliud possum q̄ tui ma
gistri precibus flagitamur. Prestant auro atque argento precepta uir
tutum quibus si quis equos uestimenta lapillosque pretulerit is
equo et lapidi q̄ sapienti similior est. Ex iis ergo sincantum opus
culum tue Serenitati deuoueram quod tibi nascente dño iuxta re
presentationem ecclesie quot annis institutam dono daremus.
Nescio quo pacto in manibus creuit opus. obscuritatem dum
fugimus breues esse desinimus. est tamen operi modus nec fas
tidienti prolixitati nec tenebrose obnoxius breuitati. Tu paruum
munus ex paupere domo benignius suscipe bonique consule paru
umque precio non utilitate putabis. Hoc enim libello quem in par
tes quatuor diuisimus que regis pueri: que iuuenis: que uiri:
que senis studia esse debeant ut ex claris auctoribus cepimus.
tue ~~tue~~ sublimitati monstrabimus. Speramus enim has omnes eta
tes non ingressurum te modo uerum etiam egressurum: ad qu
as bene: bene: beateque dirigendas quod nostris defuerit scriptis
Non quippe id parum erit: id ex aliorum fontibus hauries.
Vale.

OMNIBVS qui ad uirtutem dicendi sunt: pue
ris naturam in primis bonam et disciplinae capacem
esse oportet. Sed hanc prestare neque tui est neque huma
ni studii. Solius dei munus est celesteque bonum. pauci tamen
reperiuntur: quibus natura indocilis sit. Sicut enim aues ad
uolatum: ut ait Quintilianus: equi ad cursum: ad seuitiam
fere gignuntur: sic hominis propria est agitatio mentis atque sol
lertia. hebetes uero et indociles non magis secundum naturam
q̄ prodigiosa corpora et insignia monstris eduntur. et q̄mis ali

ns alium praestet ingenio: nemo tamen reperitur qui nihil sit studio consecutus. Sed accepimus naturam esse tibi rectam. Superest igitur ut disciplinam et exercitationem suscipias. Sicut enim ceca est sine disciplina natura: sic sine natura manca est disciplina. In utraque partim inermem fuerit si subtraxeris exercitium. Sed hec tribus absolutio comparatur. Accede igitur fauenti numine et acceptis discipline regulis exercitationem virtutis amplectere. Duo sunt in pueris erudienda corpus et animus. De cura corporis primus: eruditionem deinde mentis annectemus: interdum mixtim agemus. Nam et in matris utero quidam formari corpusculum primus deinde animam infundi: quidam fieri utrumque simul censent. Ab infantia et primis ut ait Iuvenalis incipere institutio pueri debet. Sed preterita sunt hec tempora tibi. Vanam non ignabe. Ad etatem tuam festinandum est. Adhuc te puerum habemus. Audi precepta que damus puero. Dum te alloquor teque commoneo: preceptores tuos et qui tui curam gerunt omnes alloquor et commoneo: preceptores tuos et qui tui. Meminisse namque illos oportet eorum que ad Traianum Cesarem Plutarchus scribit qui publico sermone delicta puerorum in preceptores refundi commemorat. Depravatum namque Neronis ingenium non defuerunt qui Senece ascriberent. Socrates quoniam indoctum bonemodo his puerum aspexisset pedagogum eius percussisse traditur. Relatum est a Babilonio Diogene Leonidam Alexandri preceptorem quibusdam illum vitiis imbuisse: que robustum quoque et iam maximum regem ab institutione puerili sunt prosecuta. Insulsi ergo atque omnino deliri sunt qui filiorum suorum curam quibusque passim et sine ullo delectu committunt. Ego illos aut eruditos esse voluerim quod primum est aut se non eruditos scire. Nihil enim peius est iis qui paululum aliquid ultra primas literas progressi falsam sibi ut verbis Quintiliani utamur scientie persuasionem induerunt. Recte igitur Philippus macedo Alexandro filio suo prima literarum elementa ab Aristotile tradi voluit summo illius etatis philosopho. Nescio quis error Leonide locum fecit. Recte etiam Pelleus Achillis curae Phenicem prefecit ut ei docendi pariter et agendi ductor foret et magister. Opor-

Nemo reputetur studio non fuerit aliquid consecutus

De infusione anime corpusculo

Plutarchus ad Traianum Cesarem

De Leonida preceptore Alexandri

-ret aut preceptorum vitam nulli obnoxiam esse criminibus, irreprehensos mores. Optimum experimentum ut nec habeant vitia nec ferant. Non sint austeritate tristes nec comitate nimia dissoluti: quos nec odire nec contemnere iure possis: quorum sermo plurimum de honesto sit ne ab his vitia discas que postmodum sit opus dediscere in quibus eluendis magna difficultas et omnis dedocendi gravius est quam docendi. Propterea Thimotheum clarum in arte tibiarum duplices ferunt ab his quos alius instituisset solitum exigere mercedes quam si rudes discipulos accepisset. Tecum certe actum est optime qui tales sortitus es viros magistros quorum si precepta tenueris et optimum viri possis et clarissimi regis assequi famam. Horum officium est ut sicut coloni suis arbusculis circumponunt sepes sic tibi consona laudabilis vite instituta: admonitionesque circumserant: unde rectissima morum germina pululent. Honestatis enim fons atque radix est legittima disciplina. Tecum tamen monitis non plagis agant. Quamvis enim cedi discipulos sit receptum et Crisippus non improbet Iuvenalisque verba ferantur. Metuens virge iam grandis Achilles cantabat patriis in montibus. Maius tamen apud me pondus habent Quintilianus atque Plutarchus qui ad honesta pueros exercicia non plagis aut verberibus sed monitis ac rationibus ducendos aiunt. Verba servos decent non liberos. Nobilibus pueris ac maxime regibus maiorem laudes ac vituperia quam verba commoditatem afferunt. Ille ad honesta concitant hec a turpitudine cohibent. In utrisque tamen adhibendus est labor et modus ne quid nimis sit. Pueri namque immodicis celebrati laudationibus intumescunt. Nimiis autem affecti iurgiis franguntur atque deficiunt. At ex plagis odia surgunt que ad virilem etatem usque perdurant. Discentium autem nihil magis adversum est quam preceptores odisse quos tu si recte facere volueris non minus amabis quam ipsa studia: et parentes esse non quidem corporis sed mentis tue iudicabis. Multum hec pietas studio confert. Audi rursum vocem Iuvenalis. Dii maiorum umbris tenuem et sine pondere terram spirantesque crocos et in urna perpetuum ver qui preceptorem sancti voluere parentis esse loco.

Non dedocendi

Thimotheus

Crisippus non improbat cedi discipulos

Quintilianus et Plutarchus non cedendos discipulos

Non adulandum discipulis

DE PRECEPTORIBUS satis dictum est.
Nunc videndum arbitramur quam illi corpori suo probe
re curam debeant. Quam consuetudinem puerile
corpus accepit eandem servare succedenti tempore cupit. Cavendum
est igitur ne nimis molliter enutriatis: nec somno plusquam sat
est aut quieti indulgeatis. Mollis illa educatio quam indulgen
tiam nocamus nervos omnes et mentis et corporis frangit.
Vitanda est plumarum sericum mollicies. Herere sericum caritu nolim.
Interdum grosso lino utendum est. Sic fiunt membra solidiora
et laboris magis pacientia. Quoniam si natura pulcherrimus
et digna sceptris soboles studendum est ut gestus forme responde
ant: ut recta sit facies: ne labra detorqueas: ne linguam sugas
ne mimum ebrietatis effingas: ne servilem imiteris vernalita
tem. ne supinus sit vultus: ne deiecti in terram oculi. nec incli
nata utralibet cervix: ne inducte rustice manus: ne status inde
corus: ne sessio irridenda. Ciborum motus apte retinendus. rec
ta sint brachia. ne qua in proferendis pedibus rusticitas. Ni
chil potest placere quod non deceat. Novit hoc philippus. Alex
andri pater qui quem multos quos bello ceperat venundaret
sublata impeditaque tunica sederet nequaquam decore: et unus ex
iis qui venundabantur clamaret ignosce michi nam a patre amica
tia michi tecum est. Unde sibi amicus esset homo interrogavit
et illo propius accedente atque summissa voce dicente paulum
infra sinus chlamidem dimittito. Ita enim ineptus sedes. Istum
ait philippus dimittite. Namque amicus benevolusque esset
latebat me. Servandus est igitur in omni motu statuque decor.
In qua re tam curiosi greci fuerunt ut gestus legem conscrip
serint quam chironomiam vocaverunt cum Socrates plato in par
te civilium actionum posuit. Crisippus in preceptis de educa
tione puerorum non omisit. Sunt etiam corporis quedam cer
tamina que minime contemni debent sed eius rei precep
tores audiendi sunt ut quantum sat erit in his elaborent
quo et apta membrorum compositio simul et robustitas ac
quiratur. Bona enim in pueris corporis habitudo bone quoque se
nectutis fundamenta iacit. Quoniamque regem in esse prelijs sepius

oporteat militaribus certaminibus exercere puerum convenit
quem gubernacula manent. Bellum enim educatam in umbra
corporis habitudinem repudiat. Macilentus aut miles et bel
licis assuetus certaminibus feroces pugiles et structas prelio
propulsat acies. Non ergo abre fuit te quem sepe contra turchos
pugnare necessarium erit arcum in puericia tendere: sagittam di
rigere: fundam rotare: hastam iacere: equos ascendere: cursitare:
saltare: interesse venationibus: natandi peritiam. Nichil
est turpe discere quod licet honeste facere. Audi Virgilium de
pueris italorum que referat. Natos ad flumina primum deferi
mus sevoque gelu duramus et undis. Venatu invigilant pue
ri silvasque fatigant. Flectere ludus equos et spicula tendere
cornu. Ceterum nec puero ludos interdixerim qui non sint
obscenum ludere te cum equalibus pila quemadmodum tibi .f.
mi doctus precepta conscripsit et probo et laudo Et trochis sunt et
alii pueriles ludi qui nichil turpitudinis habent quos tibi non
numquam preceptores debent permittere ut sic laboris remissio fiat
et alacritas excitetur. Non est semper literis seriosisque rebus
incumbendum nec immensi labores sunt pueris adiciendi sub
quibus deffessi corruant et alioquin pondere molestiarum oppres
si doctrinam minus mansuete capiant. plante namque quem
modicis alantur aquis: aquis quam multis suffocantur. Nosse
oportet vitam nostram in duas partes esse divisam in studium ac
remissionem. sic noctis somnus pax bellum estas hiems opero
si festique dies laboris condimentum est ocium. Itaque nec laborem
sinuere nimium: nec ocio nimis indulgere oportet. Hostes enim
disciplinarum ut a platone dictum est labores atque somni.

CORPORALIA puerorum exercicia quique expectat regnum
qualia debeant esse qualesque ludi iam tenes. Nunc
de cibo potius dicamus. Modicus ac temperatus cibus
utilis est et carni et anime ut Hieronimus ad rusticum scribit.
Adsit igitur ratio ut tales tantasque assumas escas quibus nec
corpus oneretur neque anima. Et quamvis tibi refutandi sint qui diffi
cilter digeri possunt providendum tamen est ne delicatus afficeris

abacis coria demum fastidias. Non semper in urbibus est degen-
dum. Eris non numquam in castris, in silvis, in desertis locis ubi ne-
cessarium erit grossioribus uti cibis. Sic nutriendus est puer
ne quando tempus expostulat bovinas carnes abhorreat. Adde
quod bellatori cuiusmodi convenit porrigere dapes non que
delicatum sed que robustum corpus efficiunt. Si quis prete-
rea passulis amigdalis confectis ex zucharo cibis, pavonibus, cun-
iculis, edulis, agnellis, leporibus quae semper estis utitur, qui-
bus demum ferculis relevari restaurarique poterit si ceperit
egrotare. Attingam nunc aliud quod multi ex tuis subditis re-
probabunt. Quis enim vel australis est vel Ungarus vel bohe-
mus qui de frugalitate mensarum libenter audiat disputan-
tem. Quid est quod iis in regionibus maioribus efferatur
preconiis quam abaciorum luxuries et laute gloria mense. Quid est
quod familia magis probet magisque predicet quam divitis cene
numerosa fercula. Ille magnificus inquiunt ille celebrandus
est, illi Volupe servierunt, cuius culina semper fumat, sem-
per uncta est, cuius coquile nulla obstant precia, qui splendi-
de cenat et raris longeque quesitis utitur ferculis, cuius ce-
llaria redundant patentque omnibus. Sic histriones loquuntur, sic
parasiti scurreque solent, quibus vivendi causa in solo palato
consistit, et qui Sardanapali sequentes volumen gruinum
collum mallent habere quam suum. Sed nihil est optime
pueri indolis quod eque fugere sapientem conveniat quam vi-
vere ad ostentationem et populares auras sequi, non au-
tem veram rationem usque adeo vivendi ducem habere.
Spernendi sunt inanes rumusculi fugiendi assentatores,
non est appetenda laus que ore ab insanum manat. Claris-
simus patruelis tuus Federicus cesar qui nunc Monarchi-
am tenet imperii quoniam sapiens, tam sobrium se ostendit non
vino non cibo se implevit. castigata prandia, castigatiores cenas
agit. Non curat hic quid de se bibuli ferant. Sapientum namque
non ebriorum preconia venatur. Sed ne longius evagemur
quid sibi vult tanta ferculorum numerositas, que diver-
sitate carnium atque saporum delectatione communes quasi

De frugalitate mensarum

Contra gulosos

De popularibus auris non sequendis

captivos tenet. Nimii morbi ex nimia saturitate creantur.
Quot sunt qui postquam gule voluptatem expleverunt, vomitus
coguntur sustinere molestiam, ut quod turpiter ingesserunt
turpius egerant. Afferent ergo ministri tui si sapient coram
te non plurimas epulas. Nolo prefinire numerum. Quin
te regnum et sanitatis et virtutis et Maiestatis et tempo-
ris et loci considerationem habeant. Imperatoriam domum Iuli-
ne cesar nisi solenne convivium fuisset tribus voluit ferculis
contentari. Cesar augustus in summo fastigii culmine se-
cundario pane et pisciculis villibus contentus erat. dicet
aliquis Quid Nero. Quid Galligula. Quid Vitellius.
Numquid comesationes immodice frequentarunt. haud in-
ficiamur. Sed imitari optimos non pessimos et gloriosos non
illaudatos decet. Rursus adiicietur aliter in italia ubi famem
calor extinguit aliter in Germania ubi frigus comedendi
provocat appetitum. Regulanda est mensa. Neque hoc nega-
mus. sed non multum comedere cuius ardet stomachus rabi-
es sed varia illum sumere parcaque prohibemus meminisse-
que te dum convivaris vocabuli volumus. Non enim ut greci sic et
maiores nostri compotationes comensationesque dicere volu-
erunt sed convivia quasi cibi unicuique gratia convenirent
simulque viverent. Socrates propterea multos velle vivere
dicebat ut ederent et biberent, se autem propterea edere et
bibere ut viveret. Ad quem modum quicunque se ~~continuerit~~ limitaverit
is profecto non magnos sumptus habebit in cenis. paucis nam-
que etiam minimis rebus natura contenta est. Aristoteles
vir clarus et inclitus quando de voluptate gustus atque tactus
id est cibi et veneris disputaret que ab iis proficiscentur sensibus
delectationes solas hominibus communes esse cum bestiis asserebat. Atque
id circo in pecudum haberi ferarumque numero quisquis esset
iis voluptatibus occupatus. Cetere ex tribus aliis prodeuntes
hominum tantum proprie sunt sicut apud Macrobium in satur-
nalibus Eustachius affirmat. Quis igitur habens aliquid huma-
ni pudoris voluptatibus iis duabus coeundi gratuletur que
sunt communes cum asino et sue. Sed de Venere adulescentem

Cesar augustus

Quid sit imitandum

Paucis natura contentatur

Macrobius in saturnalibus

Iulius cesar tribus ferculis voluit ipsa totam domum contentari

Temporis loci et regionis habenda est ratio

Que dicitur convivia

Socrates quid hic dicat de bibendo et comedendo

Aristoteles de voluptate gustus

Contra occupatos voluptatibus gustus et tactus

De comedendi

Cato senior

magis quam puerum commonefacere oportebit. Interim dum cenarum sumptus reprehendimus, Cato senior venit in mentem qui quondam apud romanum populum in prodigalitatem et in modicos sumptus invehebatur. Vah quam inquit difficile est ad ventrem orationem habere qui aures nullas habet.

VERUM quoniam delectatio gustus plerosque non minus in potu quam in cibo detineat, cavendum est tibi ne vel multi bibulus vel optimi bibulus fias. Omnem que potest inebriare potionem vitabis. Sit moderata bibitio non que mentem gravet sed que sitim auferat. Multum siccitas in pueris est. Lacte sunt et sanguine pleni raroque sitim sentiunt. Appetitore vini puero nichil turpius est. Vinum sicut Valerius ait romanis olim feminis ignotum fuit. Quid pueris? Veremus ne puerorum bacchari mentes aut vim surgentem ingenii ingurgitemus mero. Quamvis theutonico more nefas sit aquam miscere vino: michi tamen nulla persuasione fit rectum fumosum vinum nisi aqua castigatum puerorum mensis apponi debere. Relatum est michi ex Bohemie proceribus quendam fuisse qui liberos ab infantia suos atque ab ipsis incunabulis solius malvatici aut rivoli magnis et crebris haustibus assuefaceret. Sic enim aiebat. Postquam viri fuerint multumque biberint nullus vini potentia mentem amittent. Sic fortasse nutritus fuerat Cyrus minor qui quondam lacedemonios ut secum societatem inirent hortaretur, cor sibi dicebat longe grandius esse quam fratri. Nam et plus mero quam ille biberet et melius ferret. Stulta et inanis cautio ne sis aliquando ebrius sepe ebrium esse. Non perdunt qui sic nutriti sunt sed stultam mentem adherentemque semper ebrietatem continuant. Non ibi memoria est non vivax ingenium: non bonarum cupido artium: non glorie non honestatis studium. Verum ne cum his beluis conflictari videamur, quibus inter homines locum dare scelus arbitramur, ad platonem transeamus et quid ille divinus vir de vini potu sententiam tulerit audiamus. Hic enim non passim hauriendum vinum sed

sed modicas et honestis inter bibendum remissionibus recreare integrarique animos ad instauranda sobrietatis officia sapienter existimavit. Nec diffugiendas esse omnino vini potationes quia nullus continens prorsus aut temperatus satis fideliter videri potest cuius vita non inter ipsa errorum pericula et in medios voluptatum illecebris explorata sit. Nam cui libentie gratieque omnes commoditatum incognite sunt quique illarum omnino expers sit si enim forte ad patiendas huiusmodi voluptates aut voluntas tulerit aut casus induxerit aut necessitas impullerit mox deliniri et capi neque mentem eius animumque consistere. Muniendus est ergo puer adversus vini malitiam non fuga sicut egyptii faciunt: neque ingurgitatione sicut Bohemo placent sed animi vigore et constanti presentia ut usus moderatione temperatus fiat et continens. Utimur autem vino non nobis uti dominetur sed ut calefacto simul refectoque animo si quid meroris vel frigide tristitie vel torpentis verecundie fuerit diluamus quod tunc facimus quoniam modicum et tolerabile vinum sumimus. Sunt ergo convivia que te presente aguntur et in cibo et potu castigata sintque regulis limitata sobrietas sine luxuria ne vel animi vel corporis officia prepediunt. Non sit illic tristitia non vultus nubili. Adsit et aliquando risus. Non laudo Crassum quem semel in vita Cicero risisse scribit. Nam Salvatorem nostrum risisse nunquam altius quam homines officium fuit. Adsit in convivio gravitas sed letitiam non excludat. Adsint voluptates sed lasciviam non inducat. Adsint musice oblectamenta sed nichil turpitudinis afferant. Ceterum quia corporis adhuc tractamus, cultum sententia platonis sententia referenda est. Is tantum indulgeri corpori vult ut philosophie ministerium prestare possit: quod dictum prudenter putamus si rei per curam sub philosophie studio volumus contineri. Nam qui corpus optime curant: animam vero que eius servitio uti debet negligunt nichil ab his differunt qui ut organa quam perfectissima possint habere omni studio conquirunt: artem vero: cuius gratia organa comparantur omnino despiciunt. Contra servandum est. Nam castigare corpus et compescere eius impetus veluti in

Plato de potu vini

Crassus

Plato

manem quandam belluam oportet et eius adusus etiam teme
rarios motus rationis habena cohibere. Pictagoras quom animad
vertisset ex familiaribus suis quendam exquisitis ut pinguis
fieret indulgere cibariis: hic inquit non cessat sibi molestiorem
carcerem struere. Gneus vero pompeius cui magno cognomen
fuit quom adversa valitudine laboraret iussit medicis turdum
dari. quod ei prescriptum fuerat: Illum sibi frustra quesivere. Erat enim preter an
ni tempus quom ex familiaribus quidam dixisset fore ut
apud lucullum turdi quem penes annum integrum nutrirentur
inveniri posset: tum ille quamvis egrotus ergo inquit nisi lucul
lus studeret deliciis vivere Pompeius non posset ac dimisso
medico paratu facillimis ac utilibus usus est. Illud solum
cibo curandum est ut necessitas corpori tribuatur: ut laboris
possit esse patiens. Itaque ventri non ad voluptatem sed ad suste
tationem porrigere oportet. Nam qui cenas semper atque eo
quos mente agitant epulariumque gratia terras mariaque perscrutan
tur miserabili admodum servitute premuntur et gravissimo
domino tributa. Nichil levius patientes quam hii qui apud inferos
penas dant veru ignem dividentes et cribro aquam ferentes
ac perforatum vas implere anhellantes sicut Basilius ait.

QUERIS fortassis quid de vestitu ceterisque corporis
cultibus sentiam. absolvam paucis quid arbitror fa
ciendum. Fondere aut amiciri ultra quam necessitas sit
aut miserorum est testimonio diogenis aut iniuriorum. Itaque
occupatum esse in corporis ornatu aut levis est hominis et
omnino vani. aut illius qui probatum insidiatur virginum
matronarumque castitati. Observandum est ne quid supervacuo
moliatur ne plus corpori tribuat quam animi commodum sit: tum
neque tecum fuerit per nimiam corporis curam effeminatum vi
deri. Est autem adhibenda in omni cultu mundicia non odio
sa neque exquisita nimis sed agrestem que fugiat et inhuma
nam negligentiam. Nam demosthenem et Hortensio probo
datum est quia vestitu et cetero corporis cultu in modo venus
toque nimis accurati fuisse traduntur. puero tamen et viro

regum dignitatis habenda est ratio ne dum iactantie rumorem fugit
in avaritie labatur infamiam: qua nichil est in principante detes
tabilius.

ABSOLUTIS breviter iis que de corporis cura
dicenda censuimus ad institutionem mentis festinat or
atio: in qua re persuasum te volumus nichil esse quod
homines in terra possideant preciosius intellectu. Cetera quidem
humane vite bona pusilla sunt atque indigna que multis labo
ribus insectemur. pulchra nobilitas: sed alienum bonum. Pre
ciose divitie: sed fortune possessio. Venusta gloria: sed inconstans.
Forma decens: sed caduca: parvoque durans tempore. Optanda
sanitas: sed permutationi prorsus obnoxia. Concupite vires. sed
egritudine aut senectute facile contabescunt. Nil prestantius
intellectu et ratione. Hec nullus fortune tollet incursus: nulla
calumnia distrahet: quomque reliqua omnia tempore diminu
antur scientiam et rationem senectus auget. Bellum singula
trahens atque omnia ferens: solam doctrinam nequit eripere.
Megaram quom demetrius captam solo equasset Stilpho
nem philosophum illinc oriundum interrogavit num suorum quicquam
amisisset: cui Stilphon haud equidem inquit Bellum enim nul
la ex virtute spolia ducit. At Socrates quom Gorgias percon
taretur an persarum regem felicem esse putaret: nescio inquit
quantum virtutis habeat et discipline: perinde hisce non autem
fortune bonis persistit beatitudo. Accipe hoc dictum et memo
rie commendato. Ille: rex Omnis tibi regna maxima debeantur non
tamen felix dici poteris nisi virtute preditus: et animi magis
quam fortune bonis abundaveris. regnumque et opes seculi non
magis possidentium sunt quam amisentium sed ut in talari ludo modo
huc transeunt: modo referuntur illuc. Sola virtutis et inventi et
mortuo stabilis et firma possessio: vireque divitibus Solon in
quit. At nos non permutabimus cum virtute divitias. Tibi ergo
quom divitie affluant curandum est ne virtutis desint sine qui
bus nedum regis sed nec viri nomen quisquam meretur. Sicut
bellum necessaria per strenuitatem parare convenit: ita et bo
nos mores et optimum ad senectutem virtutis viaticum in pu

Gn. pompeius

pendũt

Demetrius

Stilphon

Socrates

ericia vendicari debent. Que novit humane vite variabiles casus: Nichil est sub sole firmum. Nunc divites homines sunt: nunc pauperes. nunc regnant: nunc serviunt. nunc sanitate gaudent: nunc egrotant. Nemo scit mane quid vesper vehat. Nemo tam divos habuit faventes quam crastinum ut sibi posset polliceri. Ob quam rem Theseus ut scriptum esse apud Euripidem Cicero refert sic dicere solitus erat. Nam qui audita a docto meminissem futuras mecum commentabar miserias aut mortem acerbam: aut exilii mestam fugam: aut semper aliquam mollem meditabar mali: ut si qua invecta diritas casu foret: ne me imparatum cura laceraret repens. Sed nulla res est que adversus vociferantis fortune impetus certius quam philosophia solamen prebeat. hinc minor dyonisius quom eiectus tyrannide et in exilium actus interrogaretur quid sibi plato ac philosophia profuisset: ut equo animo dicit animo facileque ferrem huiuscemodi fortune mutabilitatem. Sive igitur adverse nobis sive secunde res fuerint ad philosophiam quod est virtutis studium recurrere debemus. cuius potissime reges convenit amatores existere. Plurima sunt necessaria regi qui sicut Aristoteli placet lex est quedam animata. Magnum enim est regnum possidere. Rex suam curam habere debet ut salvus fiat. sed populi quam ut creditam sibi multitudinem recte dirigat per iustitiam in viam salutis et pacis. Scriptum est enim. Rex insipiens dissipabit populum Sapiens autem civitates ditat. Vere quamque Vegetius inquit. Nullus est quem oporteat vel plura vel meliora scire quam principem cuius prudentia debet omnibus prodesse subiectis. Ideoque Salomon quom tanta ponderis in se gravitatem sentiret optionemque habuisset ut que vellet a domino postularet dabis inquit servo tuo cor dociale ut possit iudicare populum tuum et discernere inter bonum et malum. philippus autem macedo quom Alexandrum filium suum commoneret iubebat ut et Aristotelem servaret et philosophie studeret et adiceret ne multa huiuscemodi ageret que me penitet egisse.

QVEMADMODVM. abi persuasum esse puta nunc puero qui regnaturus sit necessarium est phandi

studium. philosophia vero omnium mater artium quam plato donum Cicero inventum deorum putat. absque litteris haud facile percipi potest. Hec te primum ad divinum cultum deinde ad ius hominum quod situm est in generis humani societate tum ad modestiam magnitudinemque animi erudiet: et ab animo tamquam ab oculis caliginem removebit: ut omnia supera: infera prima: media et ultima videas. Qui igitur litteris insudare noluerit quando tantus ex iis fructus precipitur in quibus est boni malique notitia que nobis preterita referunt: presentia moderantur: futura indicant. Sine litteris omnis etas ceca est nec alieno carere ducatu potest illiteratus princeps: quomque adulatoribus plene sint regum aule quis verum principi dixerit. An non conducibile est regem litteras nosse. Ut in philosophorum libris ipse sibi veritatem legat. demetrius quippe phalereus ptolomeum regem monebat ut libros de regno imperio que sibi compararet atque perlegeret. Que enim amici non audent monere reges hec in scriptis libris aperta reperiunt.

DANDA est igitur summo studio litteris opera. Sed quesitum olim fuit quo tempore tradi litteris pueros oportet. Ante septimum annum non placebat Esiodo quoniam illa primum etas et discipline capax et laboribus patiens videretur. Idem quoque precepit Herasthotenes. Sed Aristophanes atque Crisippus quibus et Quintilianus assentit nullum tempus vacare cura voluerunt. Fuisset igitur ab ipsis cunabulis incipiendum ut nutrices etiam tibi non nichil contulissent. quas si fieri posset sapientes Crisippus optavit ne quid ab illis contagionis contrahi posset. deteriora namque pertinatius herent et bona facile mutantur in peius. Maternus sermo sapientia conditus et elegantia sepe filiis profuit ut de Cornelia Graccorum matre plerique scribunt cuius eloquentia in filios redolebat. Multum interest fiande sint an rudes: probe an stulte que pueros nutriunt sive matres sint sive alie quevis. Sed tu iam nutrices evasisti ingnum. Matrem clarissimam et ultra modum eloquentissimam prius amisisti quam nosse potuisti.

Sed omittamus preterita que magis culpari quam reformari possunt.
Ad tempus in quo nunc venimus. Credimus te instructum
esse ut christianum decet orationem scire dominicam salutati
onem beate Virginis Iohannis evangelium. simbolum fidei
collectas complures que sint mortis peccata: que sancti spiritus dona
que magis precepta dei: que opera misericordie: que denique sal
vande anime et in celum referende sit via. Persuasum tibi non
ambigimus esse post hanc vitam reperiri aliam que bonis le
ta dulcisque: ac malis amara sit et molesta. Hoc enim non
sacri solum codices: sed ipse quoque gentiles ostendunt littere.
Socrates enim ut apud Ciceronem habetur duplices esse vi
as duasque cursus animarum a corpore excedentium disserebat.
Nam qui humanis vitiis atque flagitiis inquinavissent et se
totis libidinibus dedissent vel in re p. violanda fraudes conce
pissent his devium quoddam iter esse seclusum a concilio deo
rum. Qui autem se integros castosque servavissent: essentque
in corporibus humanis vitam imitati deorum his ad illos a
quibus profecti essent reditum facile patere. Quid nos dicemus
quibus evangelia predicata sunt et qui Salvatoris incarnationem
tot miraculis confirmatam scire magis quam credere videri pos
simus. Nos quidem si recte sapimus hanc humanam vitam
nichil omnino esse arbitramur. nec bonum quicquam existiman
dum esse censebimus quod ad vitam alteram non suppeditet
utilitatem. Non itaque dignitatem non amplitudinem maiorum:
non corporis vires: non formam: non magnitudinem: non
a comitiis viris habitos honores: non ipsum imperium: non quic
quid dici potest in hac vita excellens. sed ultra procedere spes nos
tre debebunt et ad alterius vite preparationem cuncta moliri. Que
autem illa sit vita et quo pacto illa vivatur plus negotii esset os
tendere quam nos in presentia suscepimus. Maiores etiam audi
tores quam ipse sis ad percipiendum res ipsa requirit. Sed hec solum
dixisse sufficiat. Si quis omnem post creatos homines felicitatem in men
te concipiat simulque in unum congerat: universam quidem
parvam partem illorum adequare comperiet. sed a minimo il
lius vite bono omnia humana simul magis collecta abesse quam vin-

bam et somnum a veris rebus. Ad hanc porro vitam sacri du
cunt sermones per occulta nos erudientes ad quorum profundum
sensum dum tibi per etatem pervenire non licet non est ab re ut
in aliis doctorum tamen virorum libris exercearis. Est enim et
poetis sicut Basilius ait et oratoribus et ceteris scriptoribus
et omnibus hominibus inherendum unde nobis ad ingenii exercitati
onem aliqua sit utilitas accessura. At quoniam deum pre ceteris
omnes colendum littere clamitent. hunc te primum dabis commenda
bisque. Hic tuus est auctor: tuus pater tuus dux. Huic omnia de
bes quoniam omnes homines referre deo gratias debeant tu illi maxime
recordari et servire teneris cuius munere factum est ut rex
nascereris. Poteras unus ex plebe aut unus ex turba nasci inscr
rutabile dei iudicium in sublimi te solio collocavit. Non efferri
debes non timescere non superbire. Quod tibi datum est alteri da
ri potuit. Quanto maior es tanto te debes humilius ge
rere: subicere collum religioni: interesse divinis officiis. Nam
cui divinus cultus est cordi reliqua facile famulantur. Prim
um querite regnum dei et post hec omnia adicientur vobis. Roma
ni quamvis gentiles erant: omnia post religionem ponenda esse
dixerunt etiam in quibus summe Maiestatis decus conspici vo
luerunt. Nec dubitaverunt sacris imperia servire ita se huma
narum rerum futura regimen extimantia si divine potentie bene
atque constanter fuisset famulata. Quid nos vere dei notitiam
habentes facere decebit. Cave ne tibi religionem putes esse sub
iectam quamvis maximi principis nomine gaudes. Non dominus filius
ecclesie sacerdotis imperio in iis que sunt dei subiectus es. Theo
dosius cesar quamvis potentissimus esset et romanum gubernaret
imperium Ambrosio tamen Mediolanensis ecclesie presulatum
tenenti collum subiecit. imperatamque penitentiam peregit hu
militer. Constantinus aut maximam semper sacerdotio reveren
tiam prebuit. nec iudicium super episcopos in concilio Niceno ferre
voluit asseverans deos ab hominibus non esse iudicandos. Nec im
merito. ait enim in epistola sua clemens qui beato Petro in apostolatu
successit Omnes principes terre et cunctos homines sacerdotibus obe
dire et capita submittere debere. eos autem a solo domino iudica

Basilius

Constantinus

Clemens pp

dos quia sui sunt et non alterius. et quis est qui alterius indicet
seruos. Nam si ista non patiuntur homines: nec deus deorum et dominus
dominantium patietur hec illaturus. Sic sanctissimus ille presul bea
tum petrum eterne vite clauigerum predicasse commemorat. Tu
ergo presbiteros quia dei sunt honorabis. non fines opprimi.
non grauabis non affici quibusuis iniuriis. Nec dices ineptus
sacerdos est indignus immundus. Nichil ad te. Iudicem habet.
Non erit multum quod commisit scelus. Tu dignitatem et sacra
mentum venerabere. nec audies discolos enormesque iuuenes
qui tibi per adulationem secus persuadere nituntur.

REQUIRIT hic locus ut quales tibi iuuenes conue
nire ministrareque pueros iusta ratione velimus
palam fiat: et hinc enim potest utilitas damnumque redun
dare. Sint ergo qui tibi assistunt bonis moribus instituti. Nul
lum sit in eis vitium. Non vtantur vocibus deprauatis. Qua
les enim imitandis turpibus ac prauis omnes sumus. Et in pro
uerbio dicitur. Si claudo vicinus habitaueris et ipse non nunquam
claudicabis. Multum est in teneris consuescere sicut Virgili
us ait. Caueant autem preceptores tui ne quis tibi adulescens as
sentator adhereat. Est enim pestiferum genus hominum qui laudant
queque audiunt laudari cum vituperante vituperant. Negant si
quis negat et affirmant si audiunt affirmantem. Atque ut po
lipus ad speciem subiecti soli colorem mutat ita isti ad volup
tatem audientium sententias variant parati et aduersus
deum testificari si placitum esse putarint audienti. Abigatur
ex tuis edibus hec pestis. Sint veraces tecum pueri: verecun
di: pudici: modestie cultores et sanitatis: non fallaces: non
pertinaces: non vinolenti: non crapulosi: non iniurii. Ex his quidam
Vngaricum quidam Boemicum: quidam patrium omnes
latinum sermonem norint vtantur: loquantur. Sic absque
labore et quasi per ludum hec omnia perdisces idiomata et allo
qui tuos subditos per te ipsum poteris. Nichil est quod suo prin
cipi fauorem populi magis conciliet quam grata sermonis et vici
nis quodammodo regno videtur qui conquerentis aut ali

quid expostulantis regnicolae non intelligit. Auo tuo mater
no maximi cordis regi tantum profuit linguas nouisse quam plu
res quantum patri tuo nocuit ignorasse. Mithridatem qui reg
nauit in ponto quidnon commendat qui viginti duas gentibus
quibus imperabat absque interprete loquebatur. Nec ergo plus
australibus te prestes affectum quam Bohemis Vngaris que volueris.
Tui sunt omnes equali studio gubernandi. Indignam rem agit teste
platone qui vnam partem rei publice sic curat ut alteram dese
rat. que res maxime sepe calamitatis causa principibus. Atque
ratio hec potissima est que nobilissimam Italie prouinciam sub
traxit imperio quia contenti solo patrio reges theutonici nimis que
sunt affecti laribus Italie regimen neglexerunt. Regna non mi
nus amor quam ferrum tuetur. Sed amari qui non amat impossi
bile fuerit. Amoris conciliatrix lingue commercium. Tibi ergo per
etatem licet intendum est ut audire per te subditos intelligere
et affari possis. Contingunt sepius aliqua que tibi soli referri
subditi velint nec interpreti confidant principes. insuper qui per
alium semper loquitur recti magis quam regis nomen meretur.
Mulieri ut inquit Homerus taciturnitas decus affert. At
non idem viro.

NUNC quia de sermone incidit sermo quibus mo
dis in puero sermonis usus formari debeat dicendum
existimamus ut quom virilem togam induerit non
solum loqui sed ornate loqui prudenterque valeat quod regi
negligendum nemo putauerat. Maxima namque precia si
bi comparant qui loquendi peritia ceteros superant. Atque
hec una res fuit que Vlixem quamuis imbellem pugnaci prefe
cit Aiaci. Achillis namque post eius interitum est arma non for
te brachium sed florida lingua tulit. Haud igitur recte Cicero
nis illud non nulli carpunt. Cedant arma toge concedat
laurea lingue. Namque ut idem Cicero dicit quom idcirco
homines a bestiis differant quod loqui possint quam dignum laude
dignus est qui in ea re ceteros superat qua homines bestiis
~~differant quod loqui possint quam dignum laude dignus est qui~~

Margin notes (left page): Qualis assistentes debent esse; Cauendus assentator; Assentator est similis polipo; Qualis debet esse assistentes; Tres ydiomata.

Margin notes (right page): Mithridates; Plato; Romanum imperium quare ab imperio recessit; Ars Poetica; Vlixes imbelles prefecit Aiaci; Cedant arma toge; Homines bestiis a loquendo differunt.

~~mearæ ceteros superat qua~~ homines bestias antecellunt. At nos
lingue quoque eruditę sermonem magis quam taciturni principis mo
rem probemus; non tamen impremeditatum loqui puerum comme
damus. Quod enim inconsulto ac temere dictum factumve sit, id
pulchrum esse nequit. Imprecogitati sermones nedum puerorum
sed iuniorum quoque plurima levitate atque inertia referti sunt. Conside
rata vero meditatio ordinem vagari non sinit. Quid dicam de pu
eris quando illustres oratores Pericles atque Demosthenes sepi
us alloqui populum recusarint quia imparatos se esse dicebant.
Si quis vero ex tempore pueros dicere sinat extreme causam gar
rulitatis instituit. Nolo tibi nimiam puero sermonis parte li
centiam. Magne sapientie tempestivum silentium est. Et non
numquam sermone plures dixisse quam tacuisse penituit. Quod silentio
retentum est effertur facile. Quod semel ediderit revocari nullo
modo potest. Nam semel emissum Flacco testante volat irrevo
cabile verbum. Quid ergo dicimus, quom et sermonis et sile
tii magna utilitas sit. Tenere te medium volumus neque taciturnum sem
per neque loqui semper. Non exigimus illud Pitagoreum quin
quennale silentium neque Tersitis loquacitatem. Linguam di
cebant veteres debere non esse liberam nec vagam sed vincu
lis de pectore immo ac de corde aptis moveri et gubernari.
Nam qui sunt leves futiles et importuni locutores horum
orationem bene extimatum est in ore nasci non in pectore. Contra Ho
merus Ulixem sapienti facundia preditum vocem emittere ait
non ex ore sed pectore. Nempe verborum coercende petulan
tie vallum positum est dentium ut loquendi temeritas non cor
dis tantum custodia cohibeatur sed quibusdam quasi excubiis
in ore positis sepiatur. Cavendum est ne obici possit illud Epi
charmum quom loqui non posset tacere non potuit aut Salustia
num loquax inquit magis quam facundus. Opus est ut loquendi in
res radices agant. Tuncque cum tempus advocarit fandi liber
tas detur. Nimia taciturnitas loquendi facultatem adimit. Sic
enim qui longo tempore compediti fuerint si posterius solvan
tur ob vinculorum consuetudinem nequeunt ambulare ita qui
sermonem diutius astrixerint si quando loquendum ex impro

uiso fuerit

uiso fuerit obmutescimus. Ut autem recte formare sermonem
possis quod attinet puero non nichil dicendum est. Formanda est
imprimis vox ne feminea frangatur exilitate vel ne seniliter tre
mat aut nimium boet. Expressa sint verba. Sine quoque sonus litere
emittentur. Non excidant extreme syllabe. Non audiatur vox in
faucibus atque ut expedita sit lingua et eo absolutior expressior
que sermo nomina quedam preceptores tui versusque offerrent tibi affec
tate difficultatis ex pluribus et asperime inter se coeuntibus sylla
bis concatenatos et veluti confragosos quam citissime ut volvas
atque pronuncies. Nam et Demosthenes quom lingue tardioris
esset acceptis in ore lapillis solus sibi pronunciabat orationes qui
bus emissis facillime ac expolite in senatu concionabatur.

HIS postquam preceptis institutus fueris equales tuos ora
tionis ornatu gravitateque superare contendes ut victor
evadas cum in hoc tum in omni laudabili exercitio do
lebis vinci. Vincere gaudebis. Licet enim ipsa vitium sit ambitio:
frequenter tamen causa virtutum fiunt. Et ille nimirum commen
dandus est puer quem laus excitat, qui metus silet, quem
gloria iuvat. Absit autem in omni sermone turpitudo quia ac
tionis umbra ut ait Democritus extat oratio: corrumpuntque bo
nos mores ut apostolus ait colloquia prava, quod ex Menandro
receptum Hieronimus asserbit. Et qui plerumque sermones que
festivitatem habent latenter admittunt aliquid mali ut vene
na melle permixta bibuntur. In omni turpiloquio est imitan
dus Ulixes qui ceras affixit auribus ne Syrenarum cantus
exaudiret. Adsit in colloquendo facilitas, in obvios compel
lando suavitas, in respondendo benignitas. Nam graves in
collocutionibus mores digna in se odia contrahunt. Absit in con
tentionibus pertinatia. Vincat prudentia, obtineant rationes.
Non solum vincere sed etiam sepe vinci speciosum est. Teneda
est Euripidis sententia qui duobus obloquentibus eum longe sa
pientiorem affirmat qui verba frenat. Absit in omnibus verbis in
iuria, absit et mendacium. Nam mentiri servile vitium est
et a cunctis mortalibus odio insectandum quantoque dignior est

qui mentitur tanto scelus est detestabilius. Omne animi vitium ut aut hmenalis tanto pstantius in se crimen habet quanto qui peccat maior habetur. Sit insuper sermo tuus neque humilis neque depssus nimis: neque timidus aut arrogans. que timet oratio manilis est. que temnis est nequicquam monet. Quemadmodum corpus nō solum incolume verbum etiam bone habitudinis esse oportet: ita et orōem nō mō non egram sed etiam robustam esse convenit. Maiora sunt hec qꝫ possis capere. Patebit tamē et iis suum tempus. atque hanc sermonis materiam quam natura ministrat gramatica diriget. acuet dyalectica: rhetorica illustrabit: phya condiet atque pficiet.

Cum loquendi facultas omnis verba simul et sane laudetur absque ope memorie nō possit haberi: opus est ut memoriam puer exerceat. hoc ingenii signum in parvis est triplicemque virtutem habet. sine labore percipit fideliter retinet. et facile imitatur. Hinc diebus singulis aliquid est ei cōmittendum sive sint versus sive sententie graves ex illustribus auctoribus. Memoria namque periti scientie dicitur ac discipline. et in fabulis musarum mater appellatur quia gignit et nutrit. Hanc tu in utramque partem invabis sive natura memor sive obliviosus fueris. Aut enim roborabis abundantiam aut supplebis defectum ac versibus parebis Esiodi parvula si tentes super adiecisse pusillis. Idque frequens pera grandis gis cumulatur acervus.

QVIA vero gramatica doctrine omnis mater esse dignoscatur ac plus in recessu habet qꝫ in fronte promittit desperatique videri pōt nisi ab ephebis puerisque percipiatur admonere te volumus paucis ne hāc contemnas quasi vero alumne nutritis nimis dignam. Nihil enim ex gramatica nocet nisi quod supvacuū est. omnes maximos viros constat fuisse studiosissimos. Ostendit hoc in eplis ad filium scriptis. Marcus tullius orator idemque cōsul et patrie tutor. Iulius cesar summus imperator adeo diligens huius artis fuit ut emendatissimos scripserit de analogia libros. Augustus quoque octavianus qꝫ peritus gramatice fuit in eplis ad ipm Cesarem scriptis manifestat qui teste Quintiliano emendatius dicere calidum qꝫ calidum maluit. Non ergo te pudeat discere quod maximi orbis principes magno nāciscī studio curaverunt. Diximus supra doctrinam regibus esse necessariam. Quod si minus parum habes fida regius te propheta cōmoneat. Et nunc reges intelligite erudimini qui iudicatis terram. Quomodo eruditi et disciplinam discere poteris nisi totius eruditionis initium et fundamentum acceperis quod est gramatica: Sed dedisti tu hactenus huic operam arti nec minus preceptoris tui monitis auscultasti. Non tamen adhuc perfectus gramaticus evasisti. perge enim adhuc discere. Quibus ex rebus decrevimus tibi nōs nulla de gramatica scribe(re).

FINIS: PLATONIS. VITA:

Platonis vita per Leonardū aretinū :

CLARAM. PLATONIS ORIGINEM. EXTIS

se auctorum littere testantur seu paternam sive maternam intueris. Is aristone patre primario inter athenienses ciue et perithoā insigni certe femina natus est matre. Maternum genus cum alii complures tum vero Solon athicarum legum lator et e septem sapientibus unus illustrat ex cuius propagine perithona ipsa deriuat. Futuram platonis magnitudinem et suavissimam imprimis eloquentiam evidentissima signa predixerunt. Complures literissimi viri et locupletes sane testes memorie prodiderunt. Aristo enim quom perithoe virginitatem rapere et vim inferre conaretur: diutius voti factum fictum impotem: quomque inde se revocaret Apollinis speciem humana maiorem aspexisse. Quapropter Aristo ab omni perithoe contactu quoad infantem enixa est prorsus abstinuisse. hec in omnium atheniensium

Auguria futuri de plato

Socrates

plato scolaris socratis

plato veritatis amator

plato dulcis eloquentia

tempore natus plato

Viri clari qui florebant tempore platonis

ore fuisse Quoniam modo hec humane oculis ludibria ingerant
alius disputandi locus et temporis postulatur. Tener adhuc in
fans sopore tenebatur in cunis, quom apes non paruam uim mel
lis dormientis labellis instillare sensim annotate sunt. qua quidē
re ad prodigiorum interpretes delata eum futurum procedentibus
annis uaticinati sunt: cuius ex lingua melle dulcior flueret
oratio. Quiescens aliquando Socrates inter gremia nouellum
cigni pullum tenere se existimauit cuiusque natus derepente
pennis sublimem euolasse et ipsum etherea cursu clangore ac su
auissimis impleuisse cantibus. Postridie quom pater ad Soc
ratem preceptis eius et institutione formandum platonem ad
duxisset uiso statim puello hec illa inquit est auicula cuius
imago nocte proxima michi per somnum obuersata est. Tam clara
futuri platonis auguria ingenti dehinc euentu non caruere. seu
intelligēdi subtilitatem seu disputandi uim seu dicendi dulcedinē
contemplere. quas quidem ad res grauissimorum hominum testimo
nia non desunt. Quis enim dubitet platonem amatissimum
ueritatis hominem et eius omnibus exhibende propensissimū precipuū
esse siue acuminis disserendi siue eloquendi facultate diuina qua
dam et Homerica. Multum enim supra prosam orōem et quam
pedestrem greci uocant. surgit ut nō hominis ingenio sed quodā
delphico ut poeta diceret uideatur oraculo dei instructus. adeo ut
quidam latine lingue p̄clarus auctor et grece peritissimus Plato
nis uerba in romanam dictionem uertere formidarit quom
ad explicandas eorum proprietates et ut ita dicam compositionis
armoniam nequaquam possit latina oratio aspirare. Quod si ex Platonis
orōne uerbum aliquod mutes demas ue et si comodissime facias
de elegantia tamen non paruam partem detraxeris. Sed hoc
postea. Natus est plato ab troie captiuitate anno septingentesimo
quinquagesimo sexto. ab urbe uero condita trecentesimo xxx°. post
libertatem eiectis regibus ciuitatem octuagesimo sexto ante Sal
uatoris aduentum quadrigentesimo xxiii°. qua etiam tempesta
te doctissimi uiri per multi florebant ex quibus in plurimo sermo
ne predicantur Socrates athemenses. democritus abderita. Em
pedocles agrigentinus. Eudoxus gnidius astrologus. Ipocrates.

Cous medicus. Isocrates athemensis rhetor. Herodotus hystori
cus. Euripides et Sophocles tragici. Diogenes cinicus. Ari
stophanes comicus aliique complures quorum ea etas fertilis ma
gis erat. Infanti nomen Aristocli fuisse non nulli scriptum re
liquerunt quod ab auo ad illum quasi hereditaria quadam suc
cessiōe transmissum future magnitudinis tantum dedit aus
picium ut qui perfectissimam imposterum gloriam quod et ipsum
nomen significat adepturus esset platonis postea agnomen indi
tum certi auctores sunt. diuerse feruntur cause. Quibusdam
placet id illi cognomentum impositum propterea quod quom apud Ari
stonem argiuum pugillum magistrum exercendo corpori et
leuandis arte membris operam daret robustiore ualitudine
et ampliore ceteris condiscipulis humerorum latitudine pre
ditus huius generis nomen sit assecutus. Greci namque platon
latum dicunt cuius rei sicut et aliarum ~~et aliarum~~ nō ignarus
magnus poeta Virgilius platonem greco sermone his in
nuit uerbis Atque humeris extantem suspicit altis. Alii in qui
bus et Cleanthes auctor non ignobilis asserunt eum ob latio
rem frontem ac faciem que illi erat sic uocatum. Sunt qui
ab altissima dicendi facultate et oratione copiosa contendant
hoc illi adhibitum fuisse uocabulum. puer adhuc tantam in mo
ribus uerecondiam et in uultu modestiam habuisse traditur ut ne
semel quidem effuse risisse conspectus sit. Id in omni etate uehemē
ter dedecere dixerim uel conterraneo meo Catullo asserēte Ri
su soluto nichil ineptius et arguente nōnunquam Isocrate risum
incontinentem esse dementis inditium. Nichil p̄termisisse
plato uisus est quod corpus pariter atque animum laboribus ac
physis idoneum efficeret. Robur et uires sibi a natura datas
cotidie cura et uicto muniuit artificio ut Isthmiorum ce
lebratione (hi enim ludi sunt frequentia et apparatu magnifici)
inter athletas decertans fortissimi luctatoris et pugilis nomē
cum celebratione reportarit. cui sane exercitationum generi
id circo prudentissimus se dedebat adulescens quia non
solum sibi se natum intelligeret ortusque sui partem amicos
partem patriam aliquando uendicaturā cui hac uia si quādo

Atque magis

Catullus

platonis dicti aristocles nomen fuit

plato cognominatus est

Virgilius de platone

Cleanthes de platone

plato non semel effuse risit

plato magnum robur habuit

plato portavit nomen fortissimi luctatoris

Plato pictor et geometer

vocaret usus se ipsum instruebat. Precipuam quoque pictorie arti
curam impendit que quoniam ad alia permulta vite usibus necessa
rium vero ad geometricas figuras ac lineas designandas mini
rum conducere potest ad quam ab natiua scientiam pronus
ferebatur. Quid quod pictor sollers ac diligens nature imitus
etsi vocem et orationis ornamentum addideris poete germanus
est. poeticam quoque miro complexus est modo ingenio. pronun
ciabat suam et dulci voce sono nisi quod ad gracilitatem paulum
accessisse dicitur compositam ab se tragediam ante bacchanali
orum spectaculum edocturus erat. Ceterum ut diuina Soc
ratis informari disciplina ceptus est hunc univ toto ut aiunt
pectore incumbens poetica cuncta cremanda curauit hunc prefa
tus versum. Minus opus est vulcane libens accede platoni et
recte profecto. Nam sicut tenellos annos ludere ac lasciuire
decuerat sic sequens etas alios exigit mores ut seria dictu sene
rus ageret ideirco ut se limatum expolitumque redderet. de
hinc capescende Socratis doctrine omnem cogitationem: studium
ac tempus impendit vigesimum iam ingressus annum. Interea qui
om Socrates omnem virtutis laudem in actione poneret atheniem
sem populum ad honeste vite rationes ciuare nusquam desinebat cun
ctorum vitia insectari bonos quoad liceret ames facere. Qua ex
re quoniam multorum et quidem potentium conflasset invidiam (ue
ritas enim odium parit) criminis reus factus et damnatus est
et post vulgi sera secuta est penitentia. Quoniam autem Socrates
dato veneno mortem obisset plato Cratillo et Heimogeni se
docendum tradidit. Hinc quidem parmenidis Cratillo autem
Eracliti sectam profitenti nichil studiosius adulescens omisit
unde ad augendam vel ornandam disciplinam nulla spes
esset. Annos postmodum octo et uiginti natus Socratis sene
cum assumptis quos discendi cupiditate detineri nouerat
ad Euclidem nobilissimum ea etate geometram megara secessit
sit. Id autem oppidum florentissimum fuerat longe ab athenis
passuum viginti milia distans ciuis oriundus erat Eucli
des Socratis aliquando discipulus cum quoniam aliquandiu studi
osissime plato vacasset Cyrenem (ea est nobilis africe ciuitas

cartaginum finitima) profectus est ubi Theodorus clarissimus ea
etate mathematicus frequenti fama celebrabatur. Inde factus
doctior in ytaliam nauigans ad Architam tarentinum se contu
lit. ut ab eo insignis tunc philosopho doctrinarum aliquid hauriret.
Ab illo digressus ad philolaum thimeum et Eurithum
ad locros pergit pictagorice preceptionis gratia capescende.
Eo ex loco in Egyptum transmittens ab sacerdotibus memphi
ticisque vatibus siderum ortus cursus obitus variasque potestates
ac rerum diuinarum occulta misteriorum insuper ac mensurarum
rationes accepit. Sunt qui credant et ii quidem homines grauis
simi hoc tempore et hoc in loco platonem ea que a prophetis nost
ris predicta fuerant interprete aliquo deprehendisse ac veri dei
cognitionem delibasse. Huius itineris comitem habuit Euri
pidem qui quoniam in aduersam valitudinem incidisset ex
maris aque remedio sacerdotum cura et diligentia pristine
redditus est incolumitati. Quapropter Euripidem dixisse ferunt
mare cuncta mortalium mala proluis ablui vereque sicut Ho
merus inquit vniuersos egypti medicinas prestantes medicos.
Egypto peragrata dum regionis situm naturamque ac implicatas
nili ripas ortus incrementa contemplatur et percepit ut un
dique collecta tantarum artium et doctrinarum studia perin
de ac mercator copiosus in patriam reportans rursus in omnem
terrarum orbem liberaliter impartiret disseminaretque atheinas
redire instituit. Audierat apud persas esse viros insignes
quos magos indigene vocarent. Hi rebus diuinis operam
ac studium exhibent in suscipiendis votis in reddendis sacrifi
ciis in placandis deis ritus legesque edocentes et de illorum natura
et generatione explicantes ad illos penetrare platonis mens
erat. Verum flagrantibus per eas regiones bellis consilium
reuocauit. Erat non procul ab athenarum urbe distans sub
urbanum nobile inter arbusta positum quod veteres Athice ter
re habitatores Hechademiam posteriores immutata cum aspiratione
littera ab Academo heroe peruetusto Academiam appellau
uere. Hoc ad exercendas artes colendasque doctrinas Plato
delegit non tam salubritate quam solitudine secessuque conspicuum

quippe quom locorum amenitates saluberque et hylaris aeris aspec
tus ad lasciviam magis invitet et attentiores mentis vires sol
vat, cogitationemque foras evocet. Quo circa non illepide qui
totam luxuriam oculos intos esse dixit in Academia tum doces
tum scribens plures exegit annos ab qua et ipsius secta appel
lationem Academice sortita est. Aptissimam igitur disserere
volentibus temperiem faciens ex diversis velut membris phi
losophandi corpus coniunxit. Nam que ad sensuum rationem
pertinent ad Eracliti Ephesii precepta conferebat. Que vero
intelligendi contemplatione constarent ad Pictagore. Qui autem
rerum civilium disputationem affectarent moruinque formu
lam et hominum ex Socratis fontibus hauriebat aliorum interim
disciplinas opinionesque passim inserens. Ad studiorum veri
tatem et discendam et docendam quanta illum tenuerit avi
ditas et alia permulta testantur et illud non parum quod in rei fa
miliaris angustia tres Pictagorice secte libros a Philao croto
mata vel ut alii tradunt ab eius necessariis minis centum mer
catus est qua quidem pecunia non parum ad usus domesticos
indigebat. Fuerat autem Philolaus heresoes Pictagorice philosophus
qui de Pictagoricis primus naturalia edidit. Ex quibus hos quos
dico libros complura ab Platone in suum transcripta esse Thi
meum dicit Hermippus. Sunt qui dicant eam argenti sum
mam ab Dyone Siracusano persolutam datis ad eum a Pla
tone epistolis cui literarum necessitudine et philosophandi similitudine
arctissime devinctus erat. Opere autem precium est animadvertere
quot a Platone edita et varie copioseque compilata sint ut
probis quidem calcar ignavis autem rubor incutiatur ques
videant tantum philosophum inter tot peregrinationes itinera civilia
que maritimos dum litteras quasi toto orbe fugientes prosequi
tur maluit verecunde discere quam impudenter docere tot
et tanta volumina conscripsisse et immortalitate digna poste
ritati legasse. Verum de Platonis ingenio vel precipuum ne
quaquam omiserim qui eo ad discendas artes rectius venit
quod inciderit ut que probaret amplecteretur ac meliora polita
ornataque redderet. que contra omitteret quod porro commendandum

dixerim et precipue extollendum laudibus. Nam sicuti que
a maioribus nostris bene excogitata et satis apte elucubrata sunt
sequi proficerit sic alienis tantum insistere vestigiis nec suum
proferre pedem pigre mentis argumentum esse contenderim.
Quid futurum fuisset si in edificandis antiquorum arte contenti fuis
semus. Nonne ratibus aut intribus vel fiscatio teneretur. Non
ne ridicule inserentur imagines. Plato igitur quom magistrum
suum Socratem studium ab rebus occultis et ab natura ipsa
reconditis quibus superiorem impenderat etatem avocavisse
et ut ita dicam declinasse perspiceret non satis sententiam pro
basse poterat potissimum quom illum veri inveniendi desperati
one quadam adductum intelligeret propterea quia superiora illa vel
ita latere diceret quod ea nostrum intuitum cogitationemque pene
trare fas non esset vel si penitus deprehensa cognitaque forent
nichil ad bene vivendum habere momenti. Malle enim se bo
num quam edoctum evadere. preterea Socratem in omni sermone
tum hoc tum illud asserere nichil affirmare: usque quaque dubi
tare. hoc unum sese tantum scire quod nichil sciret. omne tempus
illi ad insectanda vitia virtutesque laudandas consumebatur ut
ab illis mortales absterreret ad has autem accederet ac iiaret. Qui
bus de rebus omnis illa disputatio acute copioseque tenebatur. At
Plato ut dixi vix magistri relicta vel non omnino probata omnem philosopha
ndi rationem in tres partes distribuere cepit unam que de nature
arcanis esset quam Greci quidem phisicam nostri vero natura
lem hystoriam appellant: alteram que de moribus quam vi
interdum philosophiam illi ethicam vocant terciam de disserendi ve
ri falsique iudicio quam dixere dyalecticam tum disputando ve
ra rimari quod Socrates minime existimabat aggressus est.
Que etsi non omni magna tamen ex parte humano deprehendi pos
sunt ingenio divina presertim aspirante ope unde et plurima
nostra est assecuta cognitio. Quoniamque Plato cerneret quantum
lucis et gratie cognoscendis rebus afferret adhibita commode
opportuneque partitio non solum ad claritatem verum etiam ad
facilitatem absolute virtutum cuncta partitus est. ut verbi
causa Platonica est illa partitio Bonorum quedam animi quedam

corporis quedam rerum externarum. Animi que capescende uir-
tutis essent eaque in nostram moresque ab eo diuidebantur: nature
celeritatem ad discendum retinendumque memoriam dabat quo-
rum utrumque mentis proprium esset et ingenii morum studia et
consuetudinem iustitie fortitudini modestie prudentie applica-
bat. Corporis bona assignabat pulcritudinem celeritatem ua-
letudinem robur. Exteriora bona ponebat fortunatam et amplis-
simam patriam diuitias opes claram familiam amicos que
et si eius generis essent ut uirtutis per se ad felicitatem adipi-
scendam sine illis ualeret tamen ut instrumenta adhiberentur. de
corporeis externisque dico. Amicitiarum tria genera dicere ex
platonica diuisione est. nam aut naturales aut equales aut hos-
pitales esse. naturales que sanguinis uinculo nobiscum nascun-
tur ut parentum filiorum fratrum consanguineorumque. equales
gignit consuetudo uiteque societas accedente presertim morum
similitudine nulla generis propinquitate quales Pylades et
Horestes Scipio et Lelius. Hospitales maxime comitatis creat
epsle et mutua inter absentes officia. Duo quoque rerum prin-
cipia constituebat deum scilicet atque hilen. ex qua elementa qua-
tuor derivarentur ignis aer terra aqua ex quibus mundus
ipse constaret et que in mundo. Sed quid ago supervacue negociati
omnis homo qui ea que sunt a platone aut excogitata aut orna-
tius digesta percurro quom ea et latinis litteris illustrata sit et
tibi diligentissime cognita. Itaque ne noctua athenas aut sus mi-
neruam ut in prouerbio est hec omittens de illius uita quod sus-
ceperat absoluam. quom uirtutis laudem in actione constare in-
telligeret idque predicaret. Nec enim ut de uirtute tantum loque-
retur ac disputaret eius studio insudarat. Sepius de se in pa-
triam in amicos in hominum genus periculum fecit. belligeran-
tibus siquidem atheniensibus ter in militiam profectus est primum in
eo prelio quod in Tanagra commissum fuit fortiter dimicasse con-
spectus est. Secundo autem in agro thebano celeber uictis fuerat. deinde
contra corinthios tertio in deluos adeo strenui bellatoris naua-
uit operam ut fama eius laudem per omnium ora uolaret in primis. Qui-
d in familiares. Chabrie fortissimo eius etatis duci Crobylus

- Diuisio bonorum quedam animi quedam corporis quedam fortune ex platonis
- Bona corporis
- Bona exteriora scilicet fortune
- Amicitiarum tria genera ex platonis diuisione
- Amicicie naturales
- Amicicie equales
- Amicicie hospitales
- Duo rerum principia ex platonis diuisione
- Prouerbium
- Plato ter in militiam profectus
- Prelia ...
- Crobylo accusatore defendit Chabriam
- bona animi

accusator improbus diem dixerat et capitis iudicium intenta-
uerat. Quo circa quom ab reliquis destitutus amicis metu
periculi ac magnitudine in arcem ascenderet solus plato offi-
tii conscientia uirtutis forti animoque remisso subsecutus ad hominem
eum defensurus et ualentem patrie ciuem semper affuit cui quom ca-
lumniator Crobylus ut eum a patrocinio deterreret minitans dix-
isset alijs defensionem prestaturus aduentas ignorasque te
quoque Socratis uenenum expectat ei plato ingenue quidem in-
nil tardatus respondit olim Crobyle quom patrie dignitati
militabam intolerandis periculis in dubio segnis eram nunc
pro officio et amici salute licet ferrum ac uenena immineris et
ignem nullum recuso discrimen. Hec in amicis conseruandis
platonis constantia. Quid illa in Xenocratem firmitas et mo-
deratio. quom ex discipulis instigaretur quedam inuidia Xeno-
cratem adeo platoni gratum acceptumque esse ut in eum conflaret
inimicitiam tale aliquid commentus est multa in platonem Xenocra-
tis maledicta renuntiauit. plato medio sermone criminationem
respuens obaudit. Instat obtrectator multis seueritate crimen affir-
mans denique deos omnes atque deas obtestante Plato ut ab eius se
se pertinatia solueret. Esto inquit. Sed ea Xenocrates fide ac gra-
uitate pollet ut nisi sic expedire iudicasset dicturus ea numquam fuis-
set. Quo facto ab tam importunio conciatore se liberauit et omnes
abscidende familiaritatis spem ademit. Dicebat enim sanctum
amicitie nomen sero quidem sumendum esse. uerum ubi semel
est assumptum spernere non conuenire sed omni potius ratione tu-
tandum. platonem ter in Siciliam nauigasse comperio. Nam
prima eius nauigatio fuit ad spectandam insulam et crateras
qui scatebrarum locis admodum religiosus esse dicitur quo tem-
pore dionisius senior Hermocratis filius oppressa Siracusano-
rum libertate tyrannidem exercebat Cartaginensibus namque
Siciliam inuadentibus et uastitatem simul et libertatis amis-
sionem minitantibus. Siculi dionisium cuius illustre in re
bellica ea tempestate nomen erat rerum summe prefecerant.
ut ab imminenti clade Siciliam tutaretur. Represso autem hoste di-
onisius inuadende dominationis occasionem nactus tyrannidem

- Responsio digna platonis
- Moderatio platonis in xenocratem et firmitas
- Nota
- Plato ter in Sicilia nauigauit
- Prima nauigatio
- Dyonisius senior oppresserat libertatem Siracusanorum

Dyonisius doluit collog[illegible] platone

Plato dirigit tyrannum dionisium

Indignatus dyonisius in platone

Dyonisius volebat occidere platonem ... revocatus

[illegible] dion ... platone

Lex egnitarum athenienses egina adire

Platone absolutus ... amore

Plato mortem similiter expectabat

occuparat quiqȝ uirtute iam effecerat ne grecorum oppida barbaris
seruirent ex patre ac bn̄fictore imanem sese dn̄m tyrāniūqȝ reddide
rat. Is igr̄ cum oi conatu ac necītate platonem adegit ut in collo
quium ueniret quo quidem in sermone plato differere cepit de ty
rannide principatuqȝ legitimo quantum hinc laudis ac beniuo
lentie tantum illi usurpationis ac simultatis inesse. hunc utilem
ac bonum illam damnosam inhonestamqȝ. illa in raperetur. hec
uero uirtuti conferretur. Ea uox mirū in modum tyrannum mentē
offendit. Indignatus itaqȝ dyonisius tua inquit senile nescio
quid sapit oratio cui plato certe ait tua uero tyrannicam mentem
offendit Indignatus itaqȝ dyonisius tua inquit senile nescio quid
sapit oratio cui plato certe ait tua uero tyrānicam. Quare instiga
tus dionisius ut platonem occidere agitabat. quod nisi dionis et
Aristomenis precibus uix reuocatus esset profecto fecisset. Erat
autem dyon dionisio affinitate cōiunctus. Eius siquidem soror Aris
tomacha hipparino patre primario inter siracusanos uiro progenita
dyonisio nupserat. Hic ille hipparinus est quem initio collegam
rei bellice dyonisio crearant ut antea iam tactum est. At eum po
lidi lacedemonio qui per id tempus apud dyonisium ciuitatis
sue noie legatione fungebatur exhibuit ut in greciam rediens
platonem uenūdaret. polis eginā ad nauigans illum uendē
dum exposuit qua in re in capitis discrimen incidit. lata erat
eo tempore lex apud eginitas qua cauebatur ne quis atheniensis
eginam adiret adeunti uero indicta causa capitale supplicium im
pendere. Instabat ipse secundē legis auctor karmander quo legē
morte sanaret qd̄ accidisset nisi psēns quidam tantam rem tā
qȝ horrendam ioco soluisset. Nam quom lex de atheiensibus
hoibus noiatim expressa sit hic phūs est inquit. Quo circa
moto inter p̄ntes risu platonē metu mortis absoluendum censu
erunt. Non nulli platonem in ipsā cōtiōem adductum fuisse
scribunt in quem coniecti uniuersorum oculi hoīs gestum obser
uabant et quasi missum e celo deum contemplabantur. At
ille ne uerbo quidem emisso i moto corpore immutatoqȝ uultu
utramqȝ fortunam constanter expectabat ut sicuti secunda non ma
gnopere sperare uideretur ita et aduersa maximo et fortissimo

Karmander

A ab

parat et armatus aīo exceptus tantum ualebat phye ratio et op
tima factorum cōsiliorumqȝ consciā. demum timore necis absolutus
urgente karmandri crudelitate intra mancipiorum deducitur locū
et publico decreto uolentibus emendi potestas fit. Anniceris Cireneūs
qui tunc forte Eginam aduenerat eum minis uiginti aut quē
admodum alij tradunt triginta mercatus. in uiculis liberatum
eduxit. Mox honesto comitatu ad suos remisit athenas qui
confestim remittendum argentum curauere uel sicut quidam scrip
sere dyon siracusanus eius remunerandi auctor fuit. At ille repu
diato prorsus argento quia maiorē summa in platonem exercendā
liberalitatem diceret comparato in Academia ortulo platonem
donauit. Nec uero abs tam scelerato ludibrio poliden multum
esse fortuna uoluit. Namqȝ polim collato apud Elicem martis
aut archadie locus est A Rabria imperatore nobili et platoni per q̄
familiari superatum et mari obrutum pleriqȝ affirmant. Nec
ipse dyonisius tante conscius ignominie quieto esse animo pote
rat que longe turpiores illi maculas et eternum dedecus inure
bat. Ad eum igr̄ quom iam liberatum in patriam reuertisse
accepisset litteras dedit quibus de se ne malediceret obsecrabat.
Ei plato statim rescribet tantum ne sibi ab Achademia sua ocij
nec esse nec fore ut uel minima dyonisij recordatio cogitatioqȝ subi
ret in mentem. dyonisio maiore defuncto ad filium eiusdem nois
adulescentem rerum potitum cum plato se contulit frequentissi
mo et ipsius dyonisij et dyonis inuitatu. Dyon autem preter affi
nitatem intima familiaritate atqȝ cōsuetudine dyonisio cōiunctus
erat. Nam quom dyonisius pater duas uno tempore uxores
haberet locridem Vz et sororem dyonis Aristomacham dionisio
filio ex locride progenito sophrosina Aristomache filia nupserat
Dyon autē Aretha sibi ex sorore neptis. Vtroqȝ igr̄ perinde acci
sitarum platonem inuocatus eo profectus est eo proposito ut ab dyo
nisio ciuitatum italicarum sicularumqȝ sibi subiectarum libet
tatem exoraret quo phye laudes ac dignitatem non uerbis
tantum aut disputationibus sed re ipsa et actione apud oēs hoī
num genus compararet. Ipse cum tyrannus quom magnam
eius rei spem dedisset promissa tandem effecit maniā et ineū

Plato educitur ... capere loco

Plato liberatus ... athenas redit

Polis [illegible] ab ... [illegible]

Plato profectus ad dion[isium] ... sicilia

ventum frustratus est. qua quidem in re plato vite discrimen ad
iit quod in suspicionem tyranno venit ab se dionem ac Theodotum
inductos qui pro insule ac civitatum italicarum libertate rebus
novandis studerent et abreptum dionysio dicatum sibi vendi
carent. tantum invaluerant calumniatores ac perditi homines qui
bus cum dionysius conviuebat ut dione preclaro imprimis
homine et optimo sine consiliario invecendum ignominiose ab rei
p. gubernatione reiecto platoni pestiferas ordirentur insidias.
Rumor certe increbuerat tunc Athenis ab dionysio fuisse pla
tonem quem tamen ita retinere machinatus est dionysius
ut omni comitatis genere et blandimentis consolaretur. eumque
consuetudine intima et consiliorum communicatione complecteretur
ut nulla in re dionis in platonem studio cedere videretur.
Interim philosophie eo docente operam dare non omittebat. demum ea
conditione discessisse creditus est ut finito bello quo tunc dio
nysius implicabatur una cum dione plato remearet. Tertiam
adventus eius in Siciliam platoni hinc fuisse liquet ut dio
nem eius amicum precipuum et litterario vinculo coniunctis
simum dionysio reconciliaret inter quos non mediocres simul
tates ardere ceperant. Cum autem dionysius primum frequen
tibus litteris alliciebat multa de dionis reditu in siciliam et bo
nis mox ei restituendis pollicitus. deinde quom plato hominis incon
stantie et sodalium suorum insidiis parum fidei habens nega
ret tandem flagitantibus amicis et dione imprimis et Archy
ta per epistolam vehementius urgente ab Siracusis missa trireme
tertiam tamen ingressus est navigationem honorifico admo
dum comitatu cum aliorum nobilium tum vero Archidami
illustris viri et Archite amantissimi. Quam quidem ad rem
componendam quom omnem frustra cogitationem et conatum
adhibuisset dolis et simulata bonarum artium et studiorum cu
piditate deceptus ut divinarat tentatus tamen mansit. In
terea tyranno calumniis multis platonem criminemente et
cum inimicis conspirare insimulante id autem impositum
sibi falso crimen erat sibi multa mala ni sibi cognovit. proin
de ut se ab imminenti procella servaret dum Tarenti invitaret

Theodota

paratur insidie platoni

plato quomodo dimissus a dionisio

Tertius adventus platonis in sicilia

Archidamus

platoni parantur insidie

in quibus vite periculis agitaretur. Id ubi ad Architam tarentinum
pictagorice secte philosophum perlatum est exorare per epistolam legatosque
dionisium statuit apud quem pro mutua benivolentia Archi
tas plurima pollebat auctoritate cuius quidem epistole hoc extitit exem
plum. Architas dionisio S. Venerunt qui platonem precipua
complectimur amicitia lamiscum atque photidam ut virum recipe
rent ad te misimus. sic ante ex confesso compositoque pepigimus.
Recte vero et pro officio facies si sedulitatis ac studia memoria
renovaveris quibus a nobis omnibus etiam atque etiam conten
debas ut platonem ad te faceremus petebasque ut pro eo ad te in
citando tum alia tum vero tutum et securum eius fore aditum re
ciperemus sive manere sive cursum repetere institueret. Memine
ris et illud quod eius adventum quem eo tempore tanta caritate tan
to amore prosequebaris plurimi faciebas quanti eorum quibus
cum observareris facere videbare neminem. Quod si quid asperi
tatis intervenit humano more ferendum curandumque ut virum
omnis expertem detrimenti nobis illesumque restituas. Hoc quom
effeceris pro equitate gesseris et gratissimum nobis feceris. Hac
ut dionysius accepit epistolam et si complures necandum esse con
tenderent platonem abunde suppeditato commeatu abire permisit.
et hoc pacto re infecta ut presagierat revertit in greciam. Mi
rati plerosque et eos quidem graves viros arbitror quam ob rem
plato quem vivificus rei p. tenebat amor et eius gubernan
de non parvum trahebat desiderium administrandorum offi
ciorum patrieque consulendi curam abiecisse visus sit. Verum
cum vero quom is singularem patrie caritatem preferret se
inanem sibi futuram operam animadvertit quod tam aliene ab
institutione sua legibus et renovando ferme ritu consenu
erat. et alia consuetudine populus obfirmatus induruerat. In
terea quom arcades et thebani ad deducendos Megalopo
lim colonos frequentes habitatores eius conspirarent plato
nem per legatos obsecrarunt ut eo pergeret cum moribus
ordinaturus et legibus quod quom illos ab equitate abhor
rentes cognovisset facere neglexit. Id quidem vere. Nam quis
medicus est modo compos mentis sit qui rebelli ac nullis cu

Archytas tarentinus pitagoricus

Epistola archite tarentini ad dyonisium pro platone

dyonisius accepit epistolam

plato redit in greciam

Cur plato non administravit officia

Arcades et Thebani

Cyrenei platonem ad sue civitatis institutionem accersebant

Plato in discendo studiosus

Responsio platonis prudentissima et facetiarum magistra plena

B. z. dictio

dienti preceptis egroto sanitatis leges indixerit. Idem et in Cyrene
os sensisse visus est qui cum omni divitiarum genere et lautitia afflu
entes Platonem ad sue civitatis institutionem accerserent hoc ab
eo responsum retulerunt. difficillimum est inquit Cyrenei cives
amplissima fortuna dissolutos legibus continere. Gravitate qui
dem et maturitate ut assolebat. Mirifica namque in eius verbis facetie
quaque comitate condita gravitas inerat. Idque cum reliqua illius
vita declarat scriptaque innumerabilia tum vero quedam acute
ac prudenter ab eo vel dicta vel responsa ex quibus non nul
la interseruisse iocundum extiterit. Mirari se plerumque diceb
at quod cum iuvenes cura et artificio similes ~~hoies evaderent~~. Philedo
no audiam Platonem carpenti quod non minus in discendo quam in docen
do studiosus ac sedulus esset et quoad discipulus esse nollet int
roganti quoad inquit meliorem ac peritiorem me esse non perm
tebit. Demodoto de filiorum eruditione consultanti qualis in arbu
sculas plantandas et formandas talis et in liberos gignendos insti
tuendosque cura esse debet. Hic inquit labor illic voluptas. Cavendum
dum autem ne in illo sopiti in hac vero plus quam ingluvies esse videa
mur. Percontantibus quibusdam que nam possessionum ge
nera filiis comparanda prestarent ea dixit que non grandinem non
ventum non ipsum denique tonantem extimescerent. Erat in discipulos
eius lautus nimium et grande cutis operosus adulescens
quem subridens Plato rogavit Quonamque tibi carcerem edifica
re perges. Ad iuvenes quos ad beate vivendum curare numquam
desinebat crebro dicere solebat. Ocio laborem anteponite in ru
biginem splendori prestare putatis. Conspicatus adulescentem
talorum ludo propensius intentum vehementius increpuit.
At ille ut sese purgaret pro pusillis ait ludum habeo cum Pla
to pusillum quidem munus est ceterum mos ipse vehemen
tissimum. Sciscitabatur ex eo quispiam numquid sua quemadmo
dum et maiorum futura essent commentaria. Respondit primo
quidem comparandi nominis habenda ratio est deinde multa ob
venient. Xenocrates ad eum salutandi gratia advenerat quom
plato ob deprehensum in delicto graviore servulum iratus excan
duerat. cum Plato hunc plagis dixit affligo id ego ne faciam

^ bonis bestias effice
rent non id potius
curarent ne bestias
siles hoies evaderent

impedimento ira est. Alio subinde tempore in alterum delinquen
tem quam servulum in tibi iratus essem ait pro tuis deperes esses
meritis. Ebrios pariter et iratos precipere ac consilium dare con
sueverat ut in speculo vultus intuerentur quo tantam per oris
deformitatem et vitia fugitarent. Somnum diuturniorem crebro
detestabatur ut malarum illecebrarum deliciarumque parentem
et morti persimilem. Amicos relinquendi ad posteros ani
mo vel in amicis vel in libris tui nominis recordatus inserere dixit
Familiaris quidam Platonis doctus sane orabat ut sibi au
res paulisper accommodaret libellum a se editum lecturo Ro
gatus subinde a Platone quenam esset libri inscriptio respon
dit contradicendum non esse cum Plato at iis hoc ipse factitas. 2
Leo genere ac opibus nobilis magisque clarus Athenis adulescens 3
magnas et immodestas in senatu vociferationes habuerat quo
cum is in cetu carperetur. Plato dixit hoc est vere leonem esse.
Xenocratem Calcedonium adulescentem adhuc sub Platone philo
sophie instituta capessentem cum in reliqua vita minus austerum tum
tristem semper ac multam severitatem pre se ferentem sepe commo
nefacere solebat ut Gratiis sacra ferret illud videlicet significans
ut quantum nature defectus et acerbitas demeret tantum
industrie diligentia et grata comitatis elegantia cumularet. Pla
to quoque tardissimum ingenio Xenocratem sollertissimo et acutis
simo conferens Aristotelis satum illud usurpabat. hic autem calca
ri ille autem freno indiget tametsi hoc ab alio deque aliis dictum
divulgari soleat. de utroque et illud dictum Platonis extat pre
ceptoris in discipulos hiis qualemque asinum iungendos assu
psi. Dyonem Siracusanum reliquis in rebus hominem doctissimum
ceterum in suorum convictu hominem duriorem ut ad mansu
etos mores revocaret aiebat pertinacia non urbium sed sol
itarium solitudineque sodalis est. Quoniam iuventutem ad bea
te vite rationes incenderet cum alia permulta tum vero illud fre
quenter usu tenebat contrariam virtutis ac voluptatis naturam
animo verterent huius enim momentanee dulcedini perpetuam
penitentiam dolores et cruciatus affigi. Illi contra post breves
labores eternas post mortem etiam delectationes adiungi. Xeno

Consilium platonis ebriis et iratis

Somnus diuturnior detestandus

Xenocrates calcedonius

Plato ad iuventutem de contrarietate virtutis et voluptatis

crates cuius durior vita et mores nimium rigidus censebatur quid
dam amenum ac risu excipiendum protulerat. Quocirca mirantibus
condiscipulis plato quid miramini inquit. num inter carduos
et urticas lilia plerumque atque rosas enasci cernitis. De amatore fa
cete iocatus anima est inquit suo quidem in corpore moriens in alieno
vivit vivens. Obtrectatoribus quibusdam platonem ab dionisio relic
tum obicientibus respondit. Imo vero a platone dionisium. In
terrogatus quidnam inter peritum et imperitum interesset quod
inter medicum egrotumque respondit. Principibus nullum prestan
tius presidium omnibus esse dicebat quam eorum familiaritates homi
nis qui cauponari nescirent. potentatum perutilem ac necessariam esse
sapientiam ut in illo quidem corpus in hac vero animum constare
liqueret. Dyoni eius hospiti discipulo et amico libertati patrie et
amplitudini dies noctesque studenti prudens illud instillabat quod
ad consequendam rerum publicarum beatitudinem magisque (magis)
conduceret. Sicut animum primo corpus secundo pecuniam tertio
loco sapientes viri ponerent ita et leges ipse pariter et consuetudo
virtutem animi priore dignitatis gradu tum corporis vires vir
tuti obedientes, tertio demum honoris ordine pecuniam virtutis
corporisque ministram collocare deberet. Quam salubre et illud bea
tissimas fore res publicas si qui earum gubernationi preessent aut
sapientia prediti venissent aut sapientie studio tenerentur. Nec pa
rum hoc quoque salutare cum reliquis mortalibus tum adulescentibus
qui ad litterarum bonarumque artium studia et nominis propagationem
anhelant. Improbare enim bis in die fieri saturum et numquam noc
turno tempore iacere solum. Hec duo si sincero precepta non sint quam
late ad corporis et animi vires sustentandas pateant facile intelli
gitur. Finis non erit si ab illo vel sapienter vel comiter dicta colli
gere voluero que in eius scriptis sicut stelle relucent. Ideo agamus
et reliqua. Cuiusmodi cum fere platonis vitam studiosi magnis
tollant in celum laudibus illud plerique mirantur eum inter tot
Socratis sectatores ab eo memorie commendatos ne minimam quidem
dem Xenophontis nominatim mentionem fecisse eius condisci
puli et doctissimi hominis imprimis quam dulcissimi adeo ut vulgo musa
attica diceretur: quod et pariter a Xenophonte factitatum est quod

Facete de amatoribus
Quid inter peritum et imperitum sit
Pulchrum platonis
Finis Rp
Plato de Xenophonte mentionem non facit
Xenophon doctissimus qui propter suavitatem musa attica dicebatur

platonem expressim in tot conscriptis ab eo voluminibus ne semel
quidem attigit. Emulationis tamen inter eos signa extant que
rectius ne voluntas minime sincera ut multi putant an laudis
certamen et glorie ut sapientissimus philosophus et modestissimus
Chrisoloras iudicabat magni viri viderint. Ceterum Xenoph
on ut operis illius iudici quod de optimo statu rei publice civitatis
que administrande a platone scriptum est. duos fere libros lecti
tavit qui primi in vulgus exierant opposuit contra virum immo
dicum extollens regie administrationis genus quod Cyri discipli
na vel infantia hoc est pedia inscribitur: idque volumen octo
libris non tam ad historie fidem quam optimi regis institutionem
absolvit. Quo facto usque adeo permotus est plato ut in libro quem
de legibus scripsit retractandi eius operis gratia Cyrum per
sarum regem strenuum quidem hominem sed imperitum fuisse diceret.
Rursum Xenophon in tertio commentariorum libro quos de So
cratis dictis factisque composuit et in apologia mentiri et inep
tire eos asserit qui Socratem de celi naturaeque rationibus occultas
disputantem introducunt. Eum enim tantum de moribus et
rebus ad bene beateque vivendum disserere solitum. quibus
quidem in verbis platonem momordit. Uterque etiam Socra
tis apologiam idest defensionem scripsit. Sunt qui simultates
quoque inter Eschinem Socrati familiarissimum et clarissimum plato
nem quoque intercessisse ferant. quarum causa platonem motum
eas dissimulasse rationes quibus Eschines Socratem in vincula
coniectum ad capessendam fugam re vera exhortatus est. omnem
autem Critoni sermonem eius tribuisse ne saltem ipsius no
men posteritati commendaret aut scriptis nobilitaret suis. Aris
tippum etiam celebris fame philosophum natione cyreneum et platonem in
vicem excanduisse ferunt adeo ut quoque plato pulcherrimum illud
de immortalitate animorum volumen conscriberet eum a suis mor
sibus intactum non omiserit quod Socrati morienti non interfuerit quom
Egine haud procul abesset. Huius generis dissensiones ut ante
dixi odia ne an emulationes ex laudis studio et aviditate ma
nantes appellari debeant sitam proferre non audeo quom varias
agitari opiniones videam. Reliquum est ut de morte eius dicam

Cyrus

Emulatio inter platonem et xenophontem
Quid chrysoloras putabat
Xenophon opposuit libros quos plato de re publica scripsit
Plato in libris quos de legibus scripsit commotus oppugnationibus xenophontis dicit cyrum hominem imperitum
Xenophon contra illos qui dicunt Socratem de celo et naturalibus disputasse
Simultates inter eschinem et platonem
Aristippus inimicus platonis
Plato in libro de immortalitate animorum contra aristippum
Quare fuerint hee dissensiones

Sed ut pictores solent ad distinguendas aliqua varietate particulas
primus vises, sic ornamentis superiorem vitam inaurabo et quantus
honos dignitas gloria platoni reddita sit expositurus michi oro be
nignas aures accomoda. Taceo quod orator maximus ideoque philosophus
eximius magnificas eum adeo verbis exornavit et principatum
attribuit ut quoniam omnibus Aristotelem ingenio et diligentia an
teponeret interiecat. platonem semper excepto Idemalio in loco audia
mus inquit nunc platonem quasi quendam philosophorum deum. At
enim Augustinus cum omnium doctrinarum ubertate abundans tum
vero sacrarum litterarum pericia munitus platonem eiusque sectato
res predicat et vere ut dicitur in celum extollit tamquam verissimos
dei vite beate cognitores atque magistros. Elegimus enim inquit
platonicos omnium philosophorum merito nobilissimos propterea quia sapere
potuerunt immortalem ac rationalem vel intellectualem hominis animam
nisi participato illius dei lumine a quo et ipsa et mundus factus est
beatam esse non posse ita illud homines omnes appetunt idest vitam be
atam quod quisquam assequi posse negant qui non illi optimo qui est
incommutabilis deus puritate casti amoris adheserit. Vides quan
tus ad dei cognitionem veram que felicitatem adipiscendam dux
habitus est plato eius hominis iudicio qui et acumine ingenii et mag
narum rerum scientia et vite sanctitate humana divinaque perspexerit.
Nec minus quod sequitur illustris hominis gloriam et honorem
aperit. Inter Socratis discipulos non quibus immerito excellentissimam
famam darunt qui omnino ceteros obscuraret plato qui quoniam esset at
heniensis honesto apud suos loco natus et ingenio mirabili lon
ge suos condiscipulos anteiret. parum tamen putans perficien
de philosophie sufficere se ipsum ac Socraticam disciplinam quam longe late
que potuit peregrinatus est quaqua versum eum alicuius nobili
tate scientie percipiende fama rapiebat et in egypto didicit que
cumque magna illic habebantur. Hic ipse plato dei huius veri optimi
imitatorem cognitorem amatorem dixit esse sapientem cuius
participatione sit beatus. Huic igitur sectatoribusque sui qui
verum deum et rerum auctorem et veritatis illustratorem esse
dixerunt reliqui cedant philosophi qui corporalia nature principia cor
pori dediti mentibus opinati sunt ut Thales milesius in humore

Anaximenes

Anaximenes in aere Stoici in igne Epicurus in athomis. Quid
quod quoniam Aristoteles platonis discipulus vir excellentis ingenii et
eloquio quidem platoni impar sed multos facile superans sectam pe
ripateticam condidisset nobilissimi tamen philosophi ut idem affirmat Au
gustinus noluerunt se dici peripateticos aut Academicos sed
platonicos. Adeo cognitionem veri dei et rerum omnium creatori ac
cessisse primus visus est ut illud geneseos initium in platonis li
bro deprehenderit. In principio creavit deus celum et terram
terra autem invisibilis et incomposita et tenebre erant super abyssum
et spiritus domini ferebatur super aquas quod quoniam apud nos homines
unius et eterni dei cultores platonem tanto in honore esse ac
tanti fieri cernamus quidnam mirum est illum apud suos sin
gulari quodammodo coli venerari et eximia dignitate haberi so
litum. Cuius quidem in re paucula veluti testimonia satis erit
attigisse cuius non mediocriter illa in Siciliam honorata profec
tio est. Allatis ab dionisio minore pariter et italicorum philoso
phorum ordine litteris et legatis triremis ornatissima et ornatum
et doctissimorum hominum nobiliumque civium apparato comitatu
eum Syracusas transportavit qui ubi littus attigit quasi mis
sus e celo felicitate passim occursus habiti passim acta letitia.
Inde descendentem currus regio instructus apparatu triumpha
tium ritu frequentissima circumeuntis corona platonem dever
xit in regiam. Quam honorificus in greciam reditus. Reversus ex
Sicilia plato quoniam ad magnificentissimam illam olimpiorum
celebritatem quasi quendam orbis terrarum conventum per
venisset tam letis civium occursibus exceptus est ut e celo
deus ad mortales demissus videretur. ludos deseri athletarum
spectacula relinqui pugiles solos omitti cerneres et quod admi
rabilius est qui tam longis terrarum marisque tractibus pa
scendorum oculorum animique et ciborum gratia ad olympia
venerant omnis voluptatis obliti platonem adibeant platonem
intuebantur. In platone perinde ac amenissimo diversorio
conquiescebant. Fac Iovem ipsum si modo quem esse deum non impi
um ac flagitiosum hominem Iovem credimus. Fac inquam Iovem
ipsum tunc ad sua olympia descendisse. profecto non plus vene

rationis illi aut honoris tribuissent. Gratulari plerumque platoni
soleo quom eius comitas: morum sanctitas: acumen ingenij et
diuina inprimis sapientia tanta extiterit ut nō modo uiuēs sed etiam
uita functus posteros in sui beniuolentiam caritatem obseruā
tiamque perduxerit. En quos hoīes. Mithridates ponticus
rex persarum potentia magnitudine aīi ingenio prestans fuit ut
qui aduersus romanū imperium Sillam luculum pompeium
fortes ac fortunatos imperatores terra marique tot annis bellige
rare ausus nō paruam grecie partem ac insulas in potestatem
suam redegerit et duas et uiginti linguas quot nationibus
imperitauerit prompte calluerit. Is in Achademia constitutus
uiri gloria motus statuā dedicauit sui in platonem monimē
tum et piguus amoris egregium Sillanionis opus. Idque post
platonis obitum annos ducentos ac sexaginta. Eam hunc in mo
dum scripsit. Mithridates Rhodonate filius hanc platonis in
maginem musis dicatam erexit. de platonis morte uarie tradi
tum est. Sunt qui eum in celebrandis amici nuptiis quom
quietus discūberet iuxta assidentibus summe grauitatis hoībus
animam derepente exhalasse scribant. Nōnulli ipsum in nouū quoddam
morbi genus incidisse quem a corruptiōe pediculorum phti
riasim uocant. quo et Cornelium sillā perisse comperio tā
dem e uita excessisse. Quidam eum suo in lectulo quom et
scriberet et legeret uno et octuagesimo etatis anno mortem obiisse
commemorant. quom philippus Alexādri magni pater mace
donibus imperabat. quo tempore Alexander magnus annos de
cem natus erat. Quosdam etiam alios hoc platonis nomine fuis
se inuenio ex quibus Rhodius unus in phīa clarus euasit quē
panetij discipulum extitisse liquet. Fuit et alter peripathetice
secte qui precipuam discipline et bone artibus curam sub
Aristotele preceptore tribuit. Tertium eruditum uirum prari
phanis fama refert. Quartus nō mediocri sermone predi
catus ueteris comedie scriptor. Extant aliqua inscripta se
pulcro platonis epigrammata ex quibus illud unū est. An
te alios castusque et iusti moris amator diuus Aristocles
accubebat hoc tumulo. Si cui de cunctis magne est sapiētia
laudis. Maiorem hic habuit nec comes inuidia est. Aliud est
huiuscemodi. Tellus membra sinu condit moribunda platonis
At felix animam cetus habet superum. longinqui hunc celebrant
diuina hinc cognita uita est Clarus athenarum ciuis Aristo
cleat Nec de platone habui que ad nos scriberem:

Leonardi Aretini prefatio Incipit i uita Sertorij...

CREDO. NON. NUN
QUAM. TIBI. EVE
nisse Antoni carissime. Michi nan
que ipsi sepius quam uellem et interdum
non sine quadam indignatione ac
fastidio contigit ut in sermonem quo
rundam inciderem qui gestis militaribus ueterum uirorum
hec noua temporis nostri facta esse longe preferenda contumaci
ac proterua obstinatione contenderent. ad iustificationem quorum falsa
assertionem cum per hoīes historiarum peritos uiratoresque resi
stitur confestim aliqui efficacibus ac ueris rationibus uicti ad
illud tanquam arcem inuictam sui erroris confugere solent ut dicant
antiquos illos prisca quadam bonitate refertos uersutia ingenij
dolisque et falacijs quibus in hoc tempore hoīes superabundant
caruisse. Et in hoc quidem uno eorum assenciatio plerumque ut
animaduerti in corona circūstantium reperit assensores propterea
quod inest hoc ferme cunctis hoībus innatum ut sibi ipsis ac etati sue in
opinione ingenij calliditatisque plurimum blandiantur. Omnes autem
tem faciles hic assensum prebent que uel ... uel cu
piditati sue consentanea sunt. Ego uero etsi ... hanc de
coris palmam tempori nostro potius dari tamen quotiens ad
excellentissimam ueterum prestantiam mentem erexi ac postposi
ta utriusque affectione uelut iustus arbiter medius constiti: dis
peream nisi hec nostra ad illorum comparationem uelut puerilia

quedam ludicra existimare compellor: experta ordinis: experta
disciplinę: experta scientię rei militaris. numquam collatis signis dimi
care ausa: sed leuibus certaminibus: fugisque et insectationibus
instar puerorum contenta. Nam quid ego de hac fiali et co
sueta nostris temporibus remissione captiuorum loquar. Quam
quis merito et optimo iure nõ ridebit et puerili ludo per similẽ
iudicabit. Iam uero qđ de fallaciis dolisque gloriantur sunt sane
quedam eiusmodi omni tempore detestanda ut federum frac
tiones: fidei defectus: proditionesque fidentium in quibus si
excedere nostri contendant nõ solum improbi uerum etiam
stulti uidebuntur. Sunt et quedam huiusmodi in bello concessa.

Maro. Naturam

Unde Corebus apud Maronem in illa turbulentissima nocte
captiuitatis troiane post Androgei mortem inquit. Mute
mus clipeos danaumque insignia nobis aptemus. dolus an
uirtus quis in hoste requirat. Hec autem quia ingenio per
ficiuntur dixit Crispus compertum esse i bello plurimum in
geniũ posse. In hac itaque ingenij et intelligentie parte si recte
iudicare voluerimus: nec nos metipsos caritate nostri decipere
iam uidebimur manifeste nec in re militari nec in gubernati
one rerum publicarum nec in eloquentia nec in studiis bo
narum artium tempora nostra antiquis respondere nisi forte
platoni aut Aristoteli: aut Carneadi: aut uetus aliis ueteribus
in sapientia et doctrinis aut demosthenem: et Tullio in eloquẽ
tia: aut gubernatione rerum publicarum pericli: Soloni: et
Catoni: aut in hac ipsa de qua contendimus militari arte
pyrrho: aut Hannibali aut fabio maximo: aut M. mar
cello: aut C. Iulio cesari secula nostra pares aliquos: aut
comparandos queunt conferre. Sed nos de his rebus alio in
loco uberius disseremus. Nunc autem cum proximis diebus
Sertorij prestantissimi ducis et clarissimi facta in greco legerem
hunc questionẽ admonitus uitam eius in latinum cõuersã
tibi mittere decreui: ut nostrum amorem erga te propensissi
mum recognosceres et si quando in sermones eorum homi
nũ deuenires: hunc quoque mei exemplo temeritatem con
tendentium prestringẽ et segnitiem nostri temporis obiurgare

Sertorij Ducis prestantissi vita Incipit ex plutarco
possis Vale:— In latinũ traducta p Leonardũ Aretinũ.

NON est fortasse mirandum per infinitum tem
pus alibi aliter fortuna influente res humanas
in eundem sepius casum deferri. Sive enim subiacentium re
rum multitudo terminata nõ est abundantem et facilem ha
bet fortuna ad similitudines edendas materiam: siue ex qui
busdã terminatis numeris series rerum cõnexa existit: neces
sarium est ex illarum discursu sepe eadem euenire. Quoniam
uero quidam huiusmodi fortune opera que ratione et consilio
factis similia uidentur hystorie annotarunt: veluti ex duobus
Actonibus quorum alter Syrus: alter archas fuit utrumque
ab apro interemptum fuisse: duorum Actonum alterum
a canibus alterum ab amatoribus discerptum. duorum Sci
pionũ ab altero uictos cartaginenses ab altero funditus
euersos. Troiam ob laumedontis equos primũ ab Hercule d'
inde per ligneum equum ab Agamenone: tertio propter equũ
qui in porta consistens iliensibus claudere volentibus impedimẽ
to fuit a Caridemo duce captam fuisse. Duarum ciuitatum que
olentissimarum plantarum nomina habent io scilicet ac smyrna
in altera natum fuisse Homerum: in altera decessisse. Age et
hoc adiungamus qui duces maxime bellacissimi fuerunt eos
altero caruisse oculo philippum Antigonum Hannibalem et
Sertorium de quo ista scribimus. Quem philippo continentio
rem in mulieres: Antigono fideliorem in amicos: Hannibale
placabiliorem in hostes quis ostendat: Ingenio autem nulli eo
rum inferiorem sed fortuna oibus ipsis qua semper magis infes
ta quam hostibus usus se peritia. Metello: audacia Pompeio for
tuna Sille: potentia rei. p. exul et barbaris imperitans adequa
uit. Hunc autem precipue oium grecorum Eumenem Car

Comparat Sertorio Eumenem grecum

dianum assimilabimus. Nam imperiosi ambo: et cum dolo bel
laces: extorres suarũ ciuitatum duces alienarum fuerunt. Am
bo preterea fraude suorũ ad extremũ necati. Quinti Sertorij
genus non obscurissimũ fuit ex Nursia urbe sabinorum: edu
catus autẽ honeste sub matre uidua. summo amore coluisse illaz

Quinti Sertorij genus
Sertorius ex Sabinorum

Patria matr. Sertor.
Sertorius eloquens
P.a MILICIA SERTOR.
2.a Milicia Sertor.
Cymbri Italia intrauerunt
No. lingue notitia / quod gallicis vestibus
3.a Milicia Sertor. sub didio
Oppidani sibi Cathalone adorientur trucidare milites
Sertorius in hostes manus arma fert et decipit
Sertorius questor gallie que circa padum est designatur

uidetur. Matri nomē Rheam fuisse tradunt. Eruditus uero in cau
sis oratoriis potentiam quandam in ciuitate adulescens adhuc
sibi per eloquentiam comparauit licet postea rei militaris splen
dida opera illum ad se totum attraxerint. Prima eius mili
tia sub Scipione fuit et aduersus cymbros tunc Galliam ingres
sos. Cum a romanis male pugnatum esset amisso equo et
uulnere insup accepto Rhodanum amnem cum thorace et scu
to per aduersos fluctus plurimū natando traiecit ita robusto
et exercitato erat corpore. Post hec sub C. mario duce adu
sus eosdem hostes militauit quo in tempore cum cymbri tanto
terrore tātaq; multitudine Italiam intrassent ut uix quispiaz
romanus inueniretur qui ordinē seruare aut duci parere uel
let. Sertorius ipse intrepidus castra hostium ingressus est cel
tica ueste et quadam eorum lingue notitia ad congressus ob
uiantium fretus. Per hunc modum consiliis ordinibusq;
eorum exploratis ad Marium rediit eiusq; rei gratia ab eo
donatus est. Post cymbricum et theutonicum bellum sub di
dio pretore tribuno militū in hyberiam missus in urbe cathale
ne cum hibernaret et milites ut pote in magna rerum copia
constituti petulantia uterentur ac sepe ebrii essent oppidani cō
spiratione facta et auxilio ex uicina gyrisenorum urbe per noc
tem intromisso hospitia militum inuadentes eos trucidare
adoriuntur. At Sertorius cum paucis prolapsus et quot
effugerant ex militibus in unum collectis circuit urbem ac
per eam ipaz portam qua paulo ante hostes intrauerant (eam
namq; apertam reperit) ingressus nec stationibus ut antea bar
bari fecerant neglectis: sed diligenter in ipsa porta dispositis:
urbeq; subinde omnibus locis occupata: cunctos qui per etatē
ferre arma poterant trucidant: ac subinde milites arma et i
signa hostium sibi aptare iubet seq; ad eam urbem sequi ex
qua auxilium catalonensibus uenerat. Sic ergo illos specie
armorum deceptos et uelut amicis sine obuiam effusos re
pente occupat. multisq; circa portas mactatis reliquos in
dictionem accepit uenundauitq;. Ex hoc Sertorius magnam
in hyberia famam assecutus ut primū Romam rediit questor

No. pro hyspano

gallie que circa padum est designatur et quidem oportuno tem
pore. Instante enim marsico bello delectum militum et armorū
preparationem sibi cōmissam tanta celeritate diligentia diligentia
q; peregit ut uiri impigri et in rebus agendis maxime efficacis
ex ea questura gloriam reportarit. Nec tamen ad honores
licet dignitatesq; prouectus militarem audaciam remisit sed
in preliis nulla exceptione corpus suum periculis obiectans et
fortitudinis opera manu propria edens tandem alterum ami
sit oculum. de quo etiam gloriari solebat quod alii non sem
per uirtutis sue testimonia secum deferrent sed torques et has
tas et coronas domi relinquerent sibi uero bellice laudis insi
gnia continuo adessent eosdemq; haberet fortune et uirtutis
sue inspectores. Tribuit et ppls romanus sibi pro iis rebus ma
gnifice honorem. Venientem siquidem in theatrum populari
plausu et multis cōmendationibz eum excepit qd' cuiusq; ho
noris ne senioribus quidem et clariori prosapia ortis facile tri
buebatur. Cum tamen tribunatum peteret non obtinuit.
Silla per factiones ipsum oppugnante: eiq; uidetur fuisse causa
cur Sertorius Sillaz oderit. Mario deinde Italia pulso:
Sillaq; ad Mithridaticum bellum profecto cum Octauius
consul in partibus sillanis perseueraret: Cinna uero eius col
lega res nouare adortus partes Marii sibi asciceret. Serto
rius Cinne adhesit: ea potissime ratione qd' octauium ebe
tiorem et Marii amicis minime fidentem cernebat. Cōmis
sa itaq; in ipso foro inter consules pugna Cinna et Sertorius sup
antur pelluntur ex urbe haud paucioribus q̄ decem milibus
in pugna ipsa amissis. Post hec militibus qui circa Italiam
erant collectis cū sufficiens robur contra octauium sibi com
parassent Marius ex africa nauigauit quem ut priuatum
se consuli offerentem cū alii recipi eundum censerent Ser
torius dissuasit: seu ueritus ne auctoritas sua presente uiro
maioris auctoritatis minueretur siue ne Marius ob seuitiam
et iram modum in uictoria seruare nesciens cuncta euerteret. dis
serebat ergo Sertorius paruum iam negotii ad plenam eius uic
toriam superesse. quod si Marium reciperent totam apud il

Marsicum bellum
Magnam gloriam ex questura Sertorius reportauit
Sertorius alterum amisit oculum
Honor sibi tributus p. R.
Sert. petens non obtinuit tribunatum
Sert. Sillam odibat
Sertorius Cinne collega Octauii adhesit
Commissa pugna per consules superatur et Sertorius
Sert. dissuasit Marium recipi esse

lum confecti belli gloriam futuram granemque et insidiarum fore
potestatis socium eius rationibus cum Cinna assentiri se di
ceret. Ceterum nescire qua fronte Marium repudiare pos
set. presertim in societate belli a se uocatum respondens Ser
torius at ego inquit suo consilio uenisse Marium putabam
non a te uocatum. Itaque cum de eo recipiendo uel non recipien
do consultares que optima factu rebar ostendi. Tu uero si eum
uocatus ueniret consultatione quidam an recipiendus foret
ponere debuisti sed ultro recipere: cui fides tua illa tradita co
gitandi ac deliberandi rationem excludat. Sic igitur Mario ab
eis recepto trifariam diuisis copiis bellum confecerunt et cum
in uictoria Marius ipse et Cinna omnia crudelitatis exem
pla percederent. Sertorius ipse nec trucidasse quemque ob iram
neque contumeliam alicui intulisse dicitur. sed et continuo im
probasse que Marius fede crudeliterque faciebat et apud Cin
nam intercessisse ut moderatius uictoriam exerceret. Tandem
uero seruos quos C. Marius in bello quidem socios post uic
toriam uero satellites ac ministros tyrannidis sue habuerat
cum partim illius iussu partim ex se ipsis cuncta fede uiolen
terque agerent/dominos mactarent: dominabus per uim admi
scerentur/ pueros etiam constuprarent: indigne ferens Serto
rius nec ulterius ad tollerandum ratus contra eos impetum
fecit omnesque ad unum (supra quattuor milia seruorum erant
et sacra in campo habebant) trucidauit. deinde cum C. Mari
us diem obijsset et Cinna paulo post interfectus fuisset ac
Marius adulescens inuito eo contra leges consulatum occupas
set. Carbones uero et Norbani et Scipiones Sillam redeun
tes male resisterent ac partim ignauia ducum partim pro
ditorum malignitate res corrumperent nec Sertorius ipse quam
quam presens propter improbitatem eorum qui plus poterant
emendare res posset ac tandem Scipio sub spe pacis a Silla
deceptus exercitum amisisset: desperatione rerum urbanarum
adductus in Hyberiam contendit eo consilio ut partium ibi sua
rum refugium compararet. Grauem autem atque aduersa tem
pestate delatus per opera montuosa et aspera transitum a bar

baris pecunia redemit quod cum socij indigne perferrent ac turpe esse
dicerent si populi romani proconsul barbaris tributum persolue
ret. tempus se redimere inquit quo nichil carius esse consue
uerit magnarum cupidis rerum uiris. Sic igitur barbaris pecu
nia placatis in Hyberiam transiuit. Suscipiens autem prouin
ciam multitudine quidem populorum florentem sed auari
cia et superbia magistratuum male dispositam: familiaritate
et conuersatione potentes tributorum releuatione populos in sui
beniuolentiam conuertit. Inter cetera gratissimum prouinciae fuit
quod a receptione militum homines liberauit. In suburbanis eis
hibernare milites iussit tabernaculis sibi pro tempore instruc
tis. ipseque ante omnes ita fecit. non tamen ad gratiam permuncia
lium omnia gerebat sed armatis quotquot in hyberna habita
bant romanis tormentisque omnis generis machinatis ciuitates
sibi imperio continebat humanus quidem in pace sed in bellico appa
ratu terribilis. Ut uero L. Sillam audiuit Romam ingressum Ma
riosque et Carbonis partes deletas esse: ratus confestim ducem ali
quem cum exercitu contra se uenturum pirene iuga per Liuium Sali
natorem cum sex milibus militum occupauit. Nec multo post
C. Annius a Silla missus aderat qui cum inexpugnabilem Salina
torem cerneret sub ipsis montibus cum exercitu subsedit Salina
tore autem per dolum a quodam Calpurnio cognomine Lanario in
terfecto cum Sertoriani milites pirenei deseruissent arcem trans
gressus Annius magna manu contra Sertorium contendebat.
At Sertorius cum non tantas haberet copias ut Annio resistere posset
cum tribus milibus hominum cartaginem nouam aufugit. Indeque
nauibus mare ingressus lybie apud Maurusium applicuit. Hic
sine stationibus aquatum egressi milites a barbaris impetu fac
to multi necantur. Inde rursus in Hyberiam rediens cum repel
leretur a littore classibus pyratis sibi coniunctis in pitiusam in
sulam superato Annij presidio quod illi preerat descendit. Nec
multo post ipse Annius uenit cum multis nauibus et quinque
milibus. Contra quem Sertorius nauali prelio quamuis eas naues
haberet que non ad pugnam sed ad uelocitatem fabricate er
ant pugnare aggressus surgente zephiro et pelagus agitante

plerisque Sertorii navibus ob levitatem transversum in scopulos
delatis: ipse cum paucis terra ab hostibus mari autem a ventis cum
excluderetur decem continuos dies infestis undis agitatus vix
tandem fluctus superavit. Cessante vento ad insulas quasdam
aquarum expertes delatus est: ex quibus postea navigans Ga
des transvectus extremam hyberie oram tenuit. haud multum
super betidis fluvii hostia. Qui athlanticum influens mare no
men circumiacenti hyberie tradit. Hoc in loco naute quidam Ser
torio obviam fiunt tunc forte redeuntes ex athlanticis insulis quas
beatas vocant. due quidem he sunt parvo quidem inter se dum
se mari. decem milibus stadiorum a libia distant. Imbres illic
rari mediocresque. Venti autem plurimum suaves ac roriferi solum
vero pingue nec arari modo plantari ve facile sed etiam ex se ab
sque ullo humano studio fructum producat dulcem quidem et oc
tiosam multitudinem nutrire sufficientem. Aer sincerus ac tem
peratus et mediocri mutatione per tempora contentus. Nam qui
a terra perflant venti boreasque et aquilo propter longinquitatem
nacta et vacua incidentes spatia fatigantur et deficiunt priusquam
ad eas insulas pervenerint. Qui vero a mari perflant arge
stes et zephiri refrigerantes rarosque quidem et temperatos imbres
ex pelago afferunt plurima vero per humiditatem aeris cum
summa facilitate nutriunt ut etiam apud barbaros increbuerit
fides ibi elysios esse campos et beatorum domicilia ab Home
ro decantata. Hec igitur cum audivisset Sertorius mirabilis eum
cupido cepit eas insulas adire colereque et illic quiete vivere
sine magistratibus et bellorum curis. cuius animum cum intuerentur
cilices homines nequaquam pacis aut quietis sed rapinarum
avidi statim in lybiam navigarunt. Ascalium in Maurisio
rum regnum reducturi. Nec tamen ob hoc Sertorius defecit
animo nec sibi quiescendum putavit sed hostibus Ascalii ferre
auxilium decrevit ut ii qui secum erant iniecta aliqua spe no
varum rerum continerentur. Cupientissimus itaque Ma
urisiis advenientis Ascalium debellavit obseditque. Ad quem
liberandum cum Pacianus a Silla missus venisset Serto
rius ipsum aggressus pacianum quidem necavit: exercitum

Sert. tand. fluctus superavit
Mare athlanticum
Athlantice insule
De athlanticis insulis quas beatas vocant
Elisii campi
Ascalius obsessus a Sertorio
Pacianus necatus a Sertorio

autem cepit. Tigennam vero oppidum in quo Ascalius et frat
res confugerunt expugnavit. Ibi sepultum esse Antheum inco
le tradunt, cuiusque monumentum cum propter magnitudinem
asserentibus barbaris fidem non prestaret Sertorius perfodit
repertoque ibi corpore septuaginta cubitorum obstupuit restauravit
que tumulo famam eius honoremque adauxit. Fama est apud
Tigennitas Anthei uxorem Tigennam nomine post mortem viri
ab Hercule cognitam Syphacem genuisse qui postea in illis
locis regnans urbem de matris nomine condidisse dicitur. Ex
Syphace natum postea diodorum tradunt cum grecum haberet
exercitum ex olbianis micenisque ab Hercule in his regioni
bus relictis magna pars libie paruit. Hec dicta sint gratia
Iube cuius regum in historia prestantissimi cuius origo a di
odoro et Syphace tracta esse memoratur. Sertorius cum om
nia victor superasset. Maurisiis qui se se illi crediderant abs
que ulla fraude urbes et imperium et pecuniam restituit nec
quicquam nisi que illi sponte dabant retinuit. Inde cum iam de
recessu cogitaret legati lusitanorum venerunt rogantes ut
imperium eorum reciperet. Omnino enim aliquo viro rei
militaris perito magnique auctoritatis ob eum qui immine
bat a romanis metum indigentes in Sertorium propter
egregiam eius famam conversi erant. Et enim dicitur Ser
torius neque voluptate neque metu superari facilis fuisse. Fortissi
mus quidem in adversis modestus vero in secundis in subitis
improvisisque casibus ita constans et audax ut omnis sui tem
poris duces anteiret. In cunctis vero que sine motu sive as
tu conficiuntur occupatione locorum et preventione hostium
celeritate: fallaciis: circumventionibus et dolis quotiens expedi
ret profundissimus artifex. In remunerando largus: in pu
niendo mitis et clemens. quamquam id quod ad extremum in
obsides hiberorum peregit arguere videatur ipsum non mitem
neque placidum natura sed arte et consilio temporis causa simu
latum fuisse. Mihi vero meram virtutem et rationem stabilitam
fortuna nunquam in contrarium mutare videtur. bonas tamen
voluntates et naturas laudabiles nihil prohibet magnis ad

Antheus sepultus in Tigenna
De Tigenna uxore Anthei
Siphax filius Herculis et Tigenne
Diodorus ex Siphace natus
Sertorii victoria
Legati Lusitanorum ad Sertorium de suo imperio recipiendo
De virtutibus Sertorii
Nota in secundis modestus
Quod Sertorius fuerit crudelis necne ob. cetera
No.

versitatibus contra merita contingentibus imitari. Quod eundem
Sertorio evenisse credo rebusque adversis irritatum contra in-
iurias malignantium acerbius insevisse. Sed hec postea.
Tunc ergo ex Lybia in Lusitaniam profectus et dux cum im-
perio factus provinciam stabilivit et Hyberiam proximam
eius imperio adiunxit, pluresque sponte sese illi dedentibus
maxime propter humanitatem eius et efficaciam in agen-
do. Sunt quoque ab ipso non nulla alteri fallacia et arte
perfecta in quibus illud precipuum quod cervam candi-
di coloris mansuefactam sic ut vocantem exaudiret et
vadentem sequeretur: nec strepitum castrorum nec mul-
titudinis clamorem formidaret paulatim apud barbaros ho-
mines et religioni pronos iactare incepit: donum id esse
Diane sibi transmissum multaque ex occultis per illam edoceri.
Quociens enim hostes ingressos fines aut urbem aliquam
cepisse occulte presenserat in somnis dictum sibi a cerva simu-
labat: ut copias in armis haberet. Rursus vero si victoria
aliqua suorum ducum deferebatur occultato nuntio cer-
vam coronabat sibique ab ea fauste initiatum et ob id diis
supplicandum esse dicebat et quasi feliciter aliquid gestum
audituros. Per hanc artem illos sibi magis atque magis pare-
re compellebat veluti non hominis alienigene sed dei consiliis
ducerentur. Et sane huic fame res ab eo geste attestabantur.
Cum duobus enim milibus et sexcentis quos romanos vo-
cabat septingentis afris admixtis in Lusitaniam venerat. Ibi
ad has copias quattuor milibus Lusitanorum peditum et
septingentis equitibus adiunctis adversus quattuor duces
romanorum bellum gessit: sub quibus erant peditum milia
centum viginti: equitum septem milia: sagittariorum et fun-
ditorum duo milia: urbes innumerabiles cum ipse non nisi vi-
ginti urbes in sua ditione ab initio haberet. Tamen cum hac
tanta copiarum tenuitate non solum gentes magnas et
urbes multas subegit sed et missos contra eum romanos
duces. Cottam quidem apud Mallariam navali prelio
superavit. Phidiam vero pretorem Hyberie profligavit inter-

Nota
Profectus in Lusitaniam Sert.
Cerva candidi coloris Sertorii
Bona calliditas Sert.
Magna gesta Sert.
Cotta a Sertorio superatus navali prelio
Phydias Sertorio profligatus

fecitque in ea pugna duo milia romanorum cum [illegible]. Domitium
proconsulem contrivit. Toranium a Metello missum cum
toto exercitu delevit. Ipsum quoque Metellum virum sue eta-
tis amplissimum in tantam compulit necessitatem ut L. Lol-
lius ex provincia Narbonensi sibi auxilium ferre cogeretur
et Pompeius magnus ex urbe cum magna festinatione
mitteretur ut Sertorio resisteret. Neque enim habebat Me-
tellus quo se verteret contra hominem infeste audacis et non ius-
ta acie sed tumultuariis certaminibus et variis semper ar-
tibus insultantem, expedito ac levi exercitu ipse stabili ac pe-
destri assuefactus pugne et cum eo exercitu qui manus conse-
rere et robore decertare egregie doctus erat. Ceterum montes
scandere et sese surripere ad persecutiones fugasque incessabiles
et difficultates medie inquietudinesque tollerare instar Sertoria-
norum militum nequaquam poterat. Accedebat ad hoc quod Metel-
lus ipse iam grandior natu ex multis ac magnificis rebus antea
gestis ad quietam ac voluptuosam vitam declinabat. Congre-
diebatur autem cum Sertorio recentis spiritus viro cui corpus
mirabiliter dispositum erat ad robur ac celeritatem et labo-
rum tollerantiam. Vino enim nec dum quietem ageret in-
dulgebat: ad difficultates maximas: ad longas itinerationes
ad continuas vigilias: ad venationes per aspera queque atque in-
via assuefactus: ex quibus cunctis locis invadendi evadendique
peritiam habebat. Ex quo fiebat ut Metellus facultate pu-
gnandi non prestita omnia que victis evenire solent pateretur aut
pugnam detrectando superaret. Neque enim aquatum aut pabula-
tum exeundi facultatem minimas prestabat: movere castra pro-
hibebat: castrametantes vexabat: quod si qua urbem obsidere
cepissent ipse superveniens obsidentes obsidebat ut vero tedio
qui cum Metello erant quo se vertere aut ubi consistere nesci-
entes clamarent ut Metellus ipse singulari certamine cum
Sertorio (eum namque Sertorius provocaverat) dimicaret: dux
cum duce et romanus cum romano. Detrectantem vero
pugnam Metellum ut ignavum aspernabantur. Sed ipse
Metellus hec dicentes merito contemnebat. Ducem enim

Sert. delevit Toranium
Cogitur in necessitate [illegible] Metello
Corpus Sert. optime dispositum
Non [illegible] Sert. [illegible]
Sertorius ad pugnam certamine Sertorius provocat
Metellus detrectabat pugnam

Theophrastus

NOTA

Oppido Metel. et lago[britas] facile sunt expugnari poterant

Sertor. resistit oppido Metel.

Metel. Aquilius resistit Sertorio.

Sertor. insidias tendit Aquil. quem Metel. frumentatum miserat

Serto. vincit Aquiliu[m] et Metellum coactus est obsidionem solvere

Sertorius circa puerorum eruditionem vacabat fuit

ut inquit Theophrastus non multis sed duas obire mortem decet. Cum vero animadvertisset Metellus lagobritas qui non parvam opem Sertorio afferebant siti faciliter expugnari posse (unum enim duntaxat puteum iuxta urbem habebant; suburbanas vero et circa menia obsessor aquas poterat auferre) aggrediebatur urbem ea spe ut duorum spacio dierum (abaria secum deferrent. At Sertorius celeriter cognita re auxiliatus duo milia utrium impleri aqua iubet posticatusque pro quoque utre certo argenti pondere multis ex hiberis multis et ex maurusiis negotium suscipientibus delectis viris robustis ac velocibus mandat ut cum aquam inferant tum inutilem bello turbam ut diutius potus sufficiat reliquis educant. Quod cum intellexisset Metellus (etiam deerant abaria) aquilium cum sex milibus militum frumentatum mittit. Huic vero redeunti Sertorius insidias tendit in eumque redeuntem tria milia militum a tergo ex quadam valle excitat ipse a fronte obviam factus vertit aquilium profligatque. Ex militibus qui cum Aquilio erant partim capti sunt partim necati. Aquilius ipse amisso equo solus effugit. Quo facto confestim obsidionem relinquere Metellus ac turpiter minimum a Sertorianis derisus abire coactus est. Sertorius cum huiusmodi opera plurimum a barbaris amabatur tum etiam quod romanis armaturis ordinibusque et signis feritatem ipsorum auferens pro predatoria manu ingentem exercitum effecerat. Insuper argento et auro liberaliter usus galleas militum clipeosque ornabat docebatque ut clamidibus pictis floridisque uterentur. Ad hoc donans et provocans homines sibi benivolos faciebat. Maxime autem benivolentiam sibi comparavit ex iis que circa puerorum eruditionem machinatus est. Nobilissimis siquidem adulescentibus in oscam urbem convocatis preceptores eis tradidit grecarum simul et latinarum litterarum. per quem modum re quidem vera obsides habebat. specie autem erudiebat. quasi cum viri forent in parte administrationis et imperii eos suscepturos. At patres eorum vehementer gaudebant cernentes filios prestatos honestissime ad magistros euntes et Sertorium

Cabiatis ags ea ponti[s] itaque milit[i]b[us] ... ut gnqz dierum

pro eis solatia pendentem ac ipsos sepe examinantem et premia doctoribus tribuentem bullasque aureas donantem. Quanta vero benivolentia provinciales ergo Sertorium affecti essent vel ex illo intelligi potest quod cum moris esset hiberis ut qui duci se devoverant una cum illo morerentur atque ob eam causam ceteris quidem ducibus pauci admodum amici adesse consuevissent Sertorium multa hominum milia devota sequebantur. Et dicitur iuxta quandam urbem superantibus hostibus se se neglexisse hiberos ut Sertorium protegerent nec prius de salute propria cogitasse quam Sertorium humeris asportatum in tuto posuisset. Nec solum hiberis verum etiam italis carus erat Sertorius. M. perpennam eiusdem factionis hominem cum multis pecuniis et magnis copiis in hyberiam profectum et per se ipsum seorsus adversus Metellum belligerare cupientem graviter ferebant milites plurimusque sermo apud eos de Sertorio erat ita ut perpennam nobilitate generis et divitiis tumentem perturbaret. Quoniam ergo nuntiatum esset Pompeium montes pyreneos transcendere perpenne milites raptis signis multo clamore postulare ceperunt ut ad Sertorium ducerentur nisi eos duceret perpenna se relicturos eum testabantur iturosque ad virum qui et se ipsum et eos servare posset. Qua necessitate adductus perpenna copias suas (tres enim supra quinquaginta cohortes habebat) Sertorio coniunxit. Sertorius autem omnibus trans hiberum amnem ad eum concurrentibus multitudine quidem abundabat. Nam confluebatur ad eum undique sed erat ut fit barbara turba que feritate et superbia cuncta turbaret nec expectaret iussum ducis sed sua temeritate in hostes ferretur. primum igitur Sertorius rationibus et verbis instruere eos conatus est. deinde ut vidit ipsos nihilominus temere properantes statuit sic eos obiicere hosti ut non omnino frangerentur sed plagas acciperent multas sperans per hoc ipsis de reliquo mansuetioribus usurum. Gesta itaque re ut ipse cogitaverat succurrit in tempore et fugientes suscepit reduxitque in castra. ac post paucos dies ut mentes eorum erigeret consolareturque advocata totius exercitus contione duos

Quanta benivolentia essent affecti provinciales in Sertorium

M. perpenna in hiberia profectus ad magnis copiis ... litigaret cum Metel.

Pompei. montes pyreneos transcendebat

Perpenne militibus ... suas copias Sertorio coniunxit

De duobus equis quos Sertorius convocata turba adduci iussit

equos adduci iussit alterum macie senioque confectum alterum
fortem et nitidum caudamque habentem magnam. Adstabat
autem iuxta gracilem illum vir magnus et robustus iuxta ve
ro nitidum et fortem vir parvus et imbecillis. dato autem sig
no vir ille magnus ut ei preceptum erat caudam gracilis equi
ambabus manibus captam evellere setas omnes uno impetu
adnixus est. parvus contra vir nitidi equi caudam paulatim
vellicabat. tandem ubi ille frustra simul totam caudam tra
here sibi quidem molestias maneus circumstantibus vero risum
prebens defessus. et ille parvus evellendo paulatim setas
caudam fortis equi spatio perbrevi nudavit. Tunc assurgens
Sertorius videtis inquit commilitones ingenium plus posse quam
vires. Multa enim que uno impetu superari non possunt paula
tim superantur. Omnia namque vincit studiosa sedulitas nec
est ulla tam magna potentia quam non exuperet tempus fide
le auxilium eorum qui aptitudinem eligunt intempestiveque
properantibus inimicissimum. Hec Sertorius ad consolationem
simul disciplinamque barbarorum de tempore disserebat. Non

Admirandum gestum Sertorii

parve admirationis inter cetera eius egregia rei militaris opera
illud habitum est quod in Caraitano edidit. Ea est gens supra
Tagonium amnem non oppida neque vicos habens sed montem
iuste magnitudinis antraque et concavitates ad boream ver
sas. Ceterum omne circa solum argillam continet et terram
facile ab estu putrescentem pulverulentamque neque supergradi
entes sustinere idoneam et modice contacta velut cinis effu
nditur. In eas speluncas barbari quotiens belli terror iminet
confugere suaque asportantes secure degere consueverant qua
si nulla vis nocere eis posset. Evenit igitur Sertorium per id
tempus a Metello pulsum haud procul ab eo monte habe
re quem quom barbari veluti victum contemnerent, sive ne fu (sive ob iram)
gere videretur prima luce obequitans situm naturamque loci con
templabatur qui quom nullum penitus aditum haberet vani
que omnes essent conatus cernit ex solo magnam vim pulveris
in eos deferri. Etenim spelunce ut diximus ad boream conver
se sunt et ventus ab arcto veniens quem ceciam vocant mari

me ne contra perflet. licet igitur tunc estus foret vehemens et ar
ctoe glaciei liquefactione nutritus dulcissime flabat ipsos et pec
tora per diem refrigerans. Hac igitur re animadversa Sertorius
iubet milites pulverulentam ac cinerosam terram confodere
et contra ipsum montem cumulum agere. quem barbari puta
tes ad expugnationem sui aggerem struere ab initio deriserunt.
Sertorius quom usque ad noctem milites in opere habuis
set eos in castra reduxit. postridie prima luce aura levis
perflare cepit et subtilissimum pulverem defferre. deinde
valido flante vento milites aggerem quatere ac non nulli
cum equis ingressi perequitare ut pulvis altius insurgeret
ceperunt. Quicquid insurgebat pulveris ventus arripiens
in barbarorum habitacula deferebat que quom ad eam partem
duntaxat qua ventus flabat aperta essent subito oculi subito
fauces replete spiritusque preclusi sunt. Itaque vix duas dies
tollerantes sese tertia Sertorio dederunt non tantum inde com
moditatis quantum glorie consecuto quod ea que armis supe
rari non possunt ingenio confecisset. Et dum Sertorius adver
sus Metellum bellum gessit ob senectutem potius et inna
tam belli tarditatem superiore esse extimabatur. Sed quo
iam adversus Pompeium montes Pyreneos transgressum
decertaret positisque iuxta castris omnem rei militaris ex
perientiam inferendo repellendoque pericula ostenderet ac
etiam adversus Pompeium superior esset tunc maxime fa

Sertorius superior Pompeio

ma Sertorii claruit ut etiam Rome opinio esset cunctos eius
etatis duces in bello gerendo Sertorium antecellere. Neque

Crevit fama Sertorii

enim tunc parva erat Pompei fama sed maxime floruerat
ob res sub L. Silla ab eo gestas ob quas etiam magnus
meruerat appellari et per quas nondum pubes triumpha
verat. Unde primo eius adventu in Hyspaniam multe civi
tates que antea in partibus Sertorianis erant in Pompe
ium converse defectionis impetum ceperant. quarum
tamen consilia repressit id quod pretor omnium spem circa La
uronam oppressit oppidum evenit. Sertorio namque eos ob
sidente accessit Pompeius cum omnibus copiis auxilium

69

iis qui obsidebantur latinus. Ibi quom Sertorius opportunum aduersus urbem tumulum occupare uellet et Pompeius prohibere niteretur ac preueniens Sertorius in eum locum milites deduxisset, Pompeius facultatem sibi prestitam rei bene gerende et hostem medium inter urbem sociorum ac sua castra inclusum conficere posse ratus letitiam suscepit oppidanisque per nuntium edixit ut bonam spem haberent intuerenturque pro menibus sedentes ipsum Sertorium non obsidentem sed obsessum. At Sertorius hec audiens risit et Sille discipulo (sic enim Pompeium uocabat) se ostensurum inquit oportere ducem post terga magis quam ante se prospicere. His simul dictis sex milia militum in primis castris unde profectus ad occupationem tumuli processerat a se relictos ostendit ut Pompei si se aggrederetur terga inuaderent. Quos quom Pompeius uidisset nichil est ausus attemptare nec circumueniretur formidans. Sed quom erubesceret socios in periculo constitutos deserere presens eorum euersionem aspicere coactus est. Oppidani enim amissa spe sese Sertorio dediderunt qui eis quidem pepercit et omnes dimisit. Urbem autem incendit non ira neque crudelitate (minime enim omnium ducum hic uir indulgebat ire) sed dolore et uerecundia eorum qui Pompeium admirabantur ut uulgaretur inter barbaros quod presens Pompeius et quasi ad incendium socie urbis calefactus auxilium ferre amicis nequiuisset. In uictoriis quas hostes Sertorii habuerunt semper euenit ut Sertorius ipse inuictus esset eosque qui iuxta se erant incolumes seruaret. Instaurationes uero ac remedia sua magis claram eius uirtutem in rebus aduersis faciebant ueluti in ea pugna que apud Sucronem contra Pompeium commissa est et rursus in ea que apud Tutiam aduersus Metellum simul et Pompeium. Dicitur autem in ea pugna que apud Sucronem fuit Pompeius manus conserere properasse ne Metellus particeps uictorie foret et ipse quidem Sertorius cupiebat antequam Metellus coniungeretur contra Pompeium dimicare. Sed tamen instructa acie inclinato iam sole preliari cepit ratus aduenis et locorum insciis hostibus tenebras et ad fugam et ad insectationem im-

Oppidum pompei quod Sertorius obsidebat et incendit

NOTA

Oppidani amissa spe pompei se Sertorio dederunt

Sertorius non indulgebat ire

Quid euenit semper in uictoriis hostium Sertorii

In pugna apud Sucronem in qua Sertorius et pompeius dimicauerunt

pedimento futuras. At forte euenit quod contra eam partem qua Sertorius erat non Pompeius sed Affranius pugnaret. Nam Pompeius dexterum cornu, Affranius sinistrum gerebat. Quom ergo audisset Sertorius suos qui contra Pompeium stabant sustinere Pompei impetum non posse celeriter accurrit ac suis in ordinem reductis Pompeianos uictoria exultantes inuasit fugauitque ita ut Pompeius ipse pene interficeretur. Prostratusque ex quo et uulneratus nulla alia causa euasit quam quod milites Sertoriani capto Pompei equo aureis phaleris magnificentissime et preciosissime ornato dum simul de preda contendunt Pompeius ipse interlapsus aufugit. Affranius uero qui in alio erat cornu ut Sertorius abiit aduersarios superauit et usque ad castra persecutus castra diripiebat. Non enim sciebat Pompei fugam nec milites a rapina continere poterat. Inter hec Sertorius uictor redibat et contra Affranium impetu facto milites eius uarie dispersos occidit superatque. Deinde quom sentiret Metellum cum alio exercitu aduentare prelium dissoluit reuocatisque suis ait: At ego inquit puerum hunc nisi uenisset anus illa castigatum uerberibus domum remisissem. Per id tempus cerua illa de qua supra diximus nusquam apparente grauiter angebatur Sertorius. Ei namque fictio ad continendos in fide barbaros plurimum ualebat tunc maxime consolatione aliqua indigentes. Sed paulo post inuenta a quibusdam de nocte et colore cognita ad Sertorium reducta est. Sertorius illis ne cui dicerentur magnam pecuniam pollicitus ceruam in secreto loco continuit. Ac post paucos dies profectus ad tribunal exhilarata facie quasi faustum aliquid liberis quod in somnis uidisset nuntiaturus, quom suggestum ascendisset, cerua a custodibus ut mandatum erat dimissa cursim ad suggestum (ibi namque Sertorium aspexerat) se contulit caputque inter genua submisit oreque illius dexteram attigit consueta et prius hoc idem peragere. Cui quom blandiretur Sertorius illachrymaretque, admiratio habuit milites deinde plausu et gratulatione ut diuinum et celestibus amicum hominem Sertorium laudauerunt. Ipsi autem in letitia et bona spe erant in agro Segobri

Affranius contra Sertorium

Victoria triumphalissima ~~[illegible]~~ Sertorii contra pompeium.

Victoria Sertorii contra affranium

Cerua perdita

diuini

Sertor. victor. et apud

Metel. victor.

sitione in extremas necessitates compulsis hostibus tandem pugnam
decernere coactus est dum frumentatum proficiscerentur. pugnatum
est egregie ex utraque parte: quo in prelio Memmius vir omnium
qui apud Pompeium erant prestantissimus interfectus est.
Vicit autem Sertorius et multa hostium strage usque ad Metell
um pervenit. Hic dum Metellus supra etatem militer resis
tit pugnatque pilo percutitur: quod et qui viderant et qui audi
erant ex romanis graviter ferentes ac turpe rati ducem suum
deserere per iram conversi Metellum protexerunt magnaque vi
adorti Sertorianos in fugam convertunt. Facta itaque conversione
victorie Sertorius in urbem montuosam se recepit portasque ob
strusit et menibus undique munitis se obsidendum prebuit cal
lido consilio ut romani circa oppidum intenti eo potiri posse con
fisi cetera negligerent nec restauri copias prohiberent aut mo
tos persequi curarent. Miserat enim Sertorius duces ad eas
civitates que sibi parebant pro delectu habendo dederatque illis
in mandatis ut quom satis copiarum congregassent certiorem
ipsum facerent: quod quom essent factum absque ulla difficulta
te ex obsessa urbe aufugiens se suis coniunxit rursusque cum ma
gna manu profectus mari et terra hostem vexabat. Terra qui
dem insidiis circuitionibus et omnium locorum temptationibus
improvisis. mari autem predatoria classe sic litora infestans
ut deficiente commeatu duces sese disiungere et alter in Gal
liam transire alter circa Iberos hiemare cum summa penuria
cogerentur. Unde etiam ad Senatum scripsit Pompeius nisi
pecunias sibi mitterent milites e provincia deducturum. se
iam dum Italiam protegit suum patrimonium consumpsisse.
Eratque Rome opinio Sertorium prius quam Pompeium in Ita
liam rediturum: in tantum prestantissimos belli duces Serto
rii astus perfregerat. Ostendit autem Metellus quanti Ser
torium faceret. Nam publice premia statuit si quis eum ne
caret centum argenti talenta et duo milia agri iugera ac si ex
ul foret reductionem et nemini mirus proditionibus con
sequi quod bello non poterat. Insuper quom aliquando adver
sus Sertorium superior in pugna fuisset sic gloriatus est sic se

Magnif. quanti faceret Sertorium

ipsum extulit:

ipsum extulit ut imperatorem appellari et festis ac sacrificiis a civita
tibus se recipi sustinuerit et serta capiti imposuisse et convivia in
veste triumphali egisse dicatur. Victori insuper trophea aurea et
chori puerorum ac mulierum eius laudes canentes obviabant
pro quibus plane ridiculus erat Metellus sicut qui fugitivum
Sille et reliquias Carbonianae fuge nuncupabat sic gloriebatur
cessisse. Magnanimitatis Sertorii illud fuerit quod pulsos ex
urbe senatores qui penes eum degebant senatum nuncupabat.
duces et questores ex iis deligebat et patriis legibus cuncta
administrabat. deinde quod armis: pecuniis: urbibus ibero
rum utens nullam eis potestatem concedebat: sed pretorem et
magistratus omnes ex romanis creabat quasi non iberos con
tra populum romanum asserere vellet. Etenim erat Sertorius
patrie amator affectusque humane ad reditum sed in adversis
durisque temporibus fortem se prestabat. In victoriis autem ad
Metellum Pompeiumque mittebat se paratum offerens deposi
tis armis privatum in urbem redire velle si sibi permitteretur.
Malle enim se Rome ignobilissimum civem quam exulem omnium
aliarum civitatum imperatorem nuncupari. dicitur autem
non minime cupivisse reditum suum ob amorem matris sub
qua orphanus educatus mirabiliter. ~~reditum ob amorem~~
~~matris sub qua orphanus educatus mirabiliter~~ erga illam
affectus erat: cuius postea audita morte paulo abfuit quin me
rore interiret. Septem namque continuis diebus nec tesseram de
dit nec ab amicorum quopiam conspectus est. Vix tandem
ad nitentibus iis qui ordinem ducebant sibi suaderi poterat
ut exiret ac se militibus ostenderet et rebus que feliciter pro
cedebant uti vellet. Ob que multis visus est natura mi
tis et imperiis immisteri: et quom secure sibi vivere non lice
ret sed ab adversariis compelleretur in arma necessariam
corporis tutellam divertisse. declarant etiam magnanimi
tatem eius res cum Mithridate geste. Nam quom Mithri
dates ex Sillano conflictu veluti ad secundam luctationem
assurgens Asiam invasisset et magna Sertorii fama iam cir
ca penetrante rumoribusque de eo ab hisperia in pontum

Magnanimitas Sertorii declarat

Senatus Sertorii

aptus
ad quietem ac preter voluntatem coactus se bellis

Res cum Mithridate geste Sertorii magnanimitatem declarant

Misit mithridates legatos ad Sertorium

per nauigantes delatis omnia complerent cupido cepit Mithri
datem legatos ad Sertorium mittere maxime ab adulatoribus
incitatum qui Sertorium Hannibali: Mithridatem pyrrho
comparantes negabant populum romanum contra tam
sublimia ingenia tantumque potentiam bifariam inuaden
tes resistere posse: peritissimo rei militaris duce cum maxio
rege coniuncto. Misit igitur Mithridates legatos in hiberiam:
litteras Sertorio et mandata portantes per que offerebat
se pecunias et naues Sertorio daturum. Petebat uero ut
Asia prouincia sibi concederetur. Aduocato itaque consilio
quem senatum appellabat Sertorius quom de hac re ad
eos referret consentibus cunctis oblationes regias lete animo
recipiendas esse pro iis quorum plurimum indigebant conce
dendum. Non tulit Sertorius sed bythiniam inquit et capa
dociam occupanti Mithridati no inuidere gentes parere assue
tas nec quicquam pertinentes ad imperium populi romani. Qu
od si prouinciam populi romani iuste partam ipse occupauit
et dum eam teneret a fimbria depulsus sit. et in federe
quod cum Silla icerit illam dimiserit hanc inquit se non
laturum ut iterum usurpet. Et enim suis uictoriis rem roma
nam augeri debere non autem ipsius diminutionem rei publice.
Generoso quidem homini cum honestate uincere optatissimu
esse cum turpitudine uero nec salutem queri debere. Hec Mi
thridati nuntiata plurimum terruerunt et dixisse ad amicos.
Quid censeret Sertorius si Rome in palatio sederet quando
nunc in athlanticum pulsus mare terminos regno nostro impo
nit et imminentibus Asie bellum minatur. Inita est ta
men inter eos confederatio ut Mithridates capadociam
et bythiniam haberet utque Sertorius ducem sibi et milites
transmitteret. Et misit quidem Sertorius in Asiam M.
marium pretorem uirum senatorii ordinis, et ipsum exulantem
quem urbes quasdam Asie intrantem cum fascibus et securibus
ipse Mithridates sequebatur illum tanquam maioris potestatis
premittens. Ab eo pretore quedam ciuitates liberate sunt
quibusdam tributa remissa Sertorii gratia. que res Asiam

Auditu vero iauit eorum que i sua prtate no essent

Confedantur inter eos

superbia et auaritia publicanorum dudum uexatam ad spem
nouarum rerum et Sertorii desiderium erexit. In hyberia
uero amplissime dignitatis homines qui cum Sertorio erant
ut primum spes magna effulsit metusque abscessit inuidia
aduersus illum premere cepit cupidoque mala inuasit animos.
Ante omnes M. perpenna nobilitate familie et ingenii uanita
te principatum affectans sermones haudquaquam sanos inter
amicos diffudit. Quisnam inquit demon improbus de ma
lo in peius nos continue defert. Totius simul orbis dominan
ti Sille parere dominantes indignum putauimus. Huc au
tem profecti uoluntarie seruimus et Sertorii exilium tanquam
satelites custodimus. Derisi ab omnibus ob inane senatus no
men in quo mandatis Sertorii non minus paremus quam hi
beri aut Lusitani. His et huiusmodi uerbis concitati quidam
Sertorio infensi erant non tamen aperte nam formidabant
eius potentiam et clam res corrumpebant et subditos per
acerbitatem punitionum et tributorum onera quasi Serto
rio iubente ad deffectionem concitabant. Ex quibus rebus
ciuitates quedam a Sertorio desciuerunt et turbis quibus
dam exceptis qui ad eas sedandas comprimendasque mitte
bantur formenta discordiarum exaugendo multis bellis
et seditionibus regiones impliciuerunt effeceruntque ut in di
es minus Sertorio parerent. Et hec quidem indignatio ex
priori humanitate Sertorium contra pueros hyberorum qui
in ostia erant irritauit ut alios necaret alios uenderet. Perpenna
uero quom multos sibi ascivisset, Mallium quendam ex
Sertorianis ducibus ad hoc sibi adiungit. Hic quom forte adu
lescenti cuius amore distinebatur hec omnia pandit et hac
spe elatus ceteris amatoribus omissis sibi uni se adicere hor
tabatur maximam confestim potentiam habituro. Adulescens
audam aufidio item amatori qui sibi gratior erat hec ape
ruit que quom audiuisset Aufidius obstupuit. Nam et ipse
unus ex coniuratis erat ignorabat tamen Mallium ista sen
tire. Perpennam uero et quosdam alios de quibus sibi notum
erat nominante adulescente conturbatus sermonem abrupit:

Inuidia piunt nonnullos Sertorianos
M. perpena contra Sertorium

Sertorius indignatus contra pueros hyberorum
Mallius adiungitur perpene in Sertorium
Reuelat adulescens aufidio amatori
Aufidius ex coniuratis in Sertorium

Res coniurata inuenta coniurati

Sertorius inuitat coniuratos ad cenam

et insanum contemnendumque. Malum dixit qui ita uanas fictiones inducat. Ipse autem ad perpennam profectus rem prout audiuerat: et quanta celeritate opus foret exposuit. Rem igitur conficiendam aggressi nuntium induxerunt uictoriam quandam nuncius ex Sertorianis ducibus et cedem magnam inimicorum significantem: ad quem exhilaratus Sertorius quom immolasset Perpennam ipsum et alios qui aderant (ii erant omnes coniurati) ad cenam inuitat exoratque. Mos erat Sertorio in conuiuiis plurimum semper honestatem decoremque seruare nec uidere quicquam turpe nec audire sustinebat docueratque omnes suos ab omni maledicto iurgioque abstinere sed placide et modeste ioco uti. Tunc igitur in medio conuiuii rixas initium querentes uerba turpia flagitiosaque iactabant et ficta ebrietate multa scelesta agebant ut Sertorium prouocarent. Sertorius uero siue quod grauiter ferebat incontinentiam eorum: siue quod ipsorum mentes ex tarditate loquendi et inconsueto contemptu animaduerteret mutato discumbendi modo se supinum disposuit quasi nec uidere quicquam uellet nec audire. Perpenna autem phialam meri proiciente et strepitu inde facto quod erat signum coniuratis datum Antonius qui supra discumbebat gladio Sertorium percutit

Sertorius a suis coniuratis occidit

Conuersi uero ad plagam et insurgere conantis impetus iniit manusque ambas cepit ne resistere ualeret. per hunc modum a multis confossus occiditur. Maxima hyberie pars Metello et pompeio post mortem Sertorii sese tradidit. eos qui manserunt perpenna suscipiens aduersus inimicos bellum gerere adortus est. in quo statim sui experientiam dedit ut uiri nec ad parendum nec ad imperandum apti. Nam fretus Sertorii apparatus aduersus pompeium congressus breui superatus fuit et captus nec ultimam quidem fortunam ingenue tulit. Sed quom haberet Sertorii litteras Pompeio promisit uirorum consularium et qui plurimum Rome poterant epistolas propria manu scriptas per quas cupidi nouarum rerum Sertorium in Italiam uocabant se ostensurum. Sed Pompeius non ut iuuenis sed ut grauis et prudentis animi

uir eas quidem litteras nec legere ipse uoluit nec a quoquam ut legerent permisit sed ipsas omnes in unum collectas igne cremauit: quod eius factum multas cives periculo et magnis nouitatibus patriam liberauit. Perpennam insuper statim occidit uentus ne uulgatis quorundam nominibus turbationes et scandala orirentur. Reliquorum uero qui Sertoriane necis conscii fuerant alii ad pompeium deducti mactati sunt: alii in libiam profecti a Maurisiis interfecti fuerunt. Nec quisquam eorum euasit preter unum Aufidium Manlii riualem. Hic enim siue latens: siue neglectus in quadam barbarie uilla inops miserque consenuit.

Perpenna maledictis occisus

Multi ex his coniuratis euasit nisi Aufidius

Finit dicta historia Sertorii impius

Leonardi Aretini de rebus gestis per italiam etate sua opus diuinum Incipit :···

QVI. PER. ITALIAM. HOMINES. EXCELLVerunt etate mea et que conditio rerum que ue studiorum ratio fuerit: libuit in hoc libello discursu breui colligere. Hoc enim temporibus debere uideor meis ut eorum qualia cumque tandem ~~fuerint per me meis ut eorum qualiacumque tandem fuerint~~ per me in posteros tradatur notitia quod utinam fecissent homines superiorum etatum qui aliquam scribendi peritiam habuere. Non in tantis profecto tenebris ignorantie uersarem. Michi quidem Ciceronis Demosthenisque tempora multo magis nota uidentur quam illa que fuerunt iam annis sexaginta. Tanta illi clarissimi uiri etatibus suis lumina infuderunt ut etiam post tam longa decursa tempora quasi ante oculos posita discernantur. At enim que postea secuta sunt secula mirabilis premunt caliginis inscitia. Eandem quoque in platone qui fuit etate superior diligentiam fuisse uideo cuius libros epistolasque dum legimus quasi picturam quandam illorum temporum iuuentem adhuc spirantem que intuemur. Sic enim ille

studia adulescentie sine cupiditatemque rei p. ad eundem et commissiones temporum et profectiones eius in Siciliam et Dionisii Dionisque controversias illas inextricabiles et utrinque secutas exinde clades enarrat ut immortalitati commendare voluisse eorum notitiam videatur. Vellem ceteris quoque libuisset idem efficere quo sue quisque etatis cognitionem ac memoriam nobis quam celebrem reliquisset. Sed puto multis voluntatem plurimis vero facultatem defuisse scribendi. litere quidem nisi sint illustres atque diserte claritatem rebus afferre non possunt neque memoriam earum in longum extendere. Hoc igitur quod ab aliis desideravimus id exhibere posteris conati sumus: ut si qui forte legere curabunt nostrorum temporum non desit cognitio.

Pontifices Urban. et clemens

Me quidem puero ut hinc narrare incipiam duo pontifices romani per discordiam creati diverso favore populos sciderant aliis Urbanum aliis Clementem (hec enim illorum erant nomina) verum pontificem asserentibus.

Vincislaus imperator

Imperii vero nomen ac titulum Vincislaus obtinebat. is in extrema Germania morabatur.

Iohanna Regina neapolis

Per Italiam autem Iohanna regina Calabriam et Apuliam ac ceteras que regno illi accedunt partes gubernabat. Florentini magnis seditionibus agitati prestantissimos cives urbe pepulerant. Aretini et intestinis discordiis et longo difficilique bello suorum exulum vexabantur.

Carolus rex ... venit in Italiam vocante Urbano pontifice ... magis copiis ungarorum

Quorum hec esset conditio rerum Carolus qui postea rex fuit in Italiam venit vocante Urbano pontifice quo Iohannam reginam ulcisceretur.

Regina Iohanna erat clementis fautrix et adoptaverat heredem andegavensem

Illa enim Clementi favore et Ludovicum Andegavensem Francorum quondam regis filium adoptasse ad successionem regni ferebatur. Hac itaque indignatione Urbanus Carolum ex Ungaria vocavit iampridem cognitum tarvisino bello in quo magnas copias adversus Venetos missu regis Ungarie per Italiam duxerat. Vocabat autem eum Urbanus quo regnum Regine auferret. Carolus igitur satis magnis Ungarorum copiis per Tarvisinum Vicentinumque agrum descendens cum transmisso medio spacio Ariminum pervenisset

Aretini obtulerunt Carolo

Aretini studio partium et fiducia generis permoti illum in Etruriam vocantes sese ac urbem ei debere velle obtulerunt.

Carolus ortus regio genere ab illo Carolo ...

Erat enim Carolus regio genere a Carolo illo qui Manfredum superavit Guelforumque partes per Etruriam restituit exortus. Ea quidem spe Aretini crediderunt exules suos diversarum partium homines qui longo difficilique bello civitatem premebant delere funditus posse.

Carolus dominus Aretii ...

Venit igitur Aretium et summa omnium letitia urbem ingressus dominationem suscepit civitatis. Cum esset Aretii Carolus Florentini exules eadem fiducia generis ac studio partium inducti ad eum populariter convenerunt. Nam qui Florentiam gubernabant ad contrariam factionem declinare ferebantur. Eorum precibus motus Carolus Florentiam petere quasi eos in patriam vi et armis reducturus. Nec rectum iter tenuit sed per agrum Senensem profectus circa Staggiam et Bonitium Florentinum agrum fines ingressus est. Inde seu non succedente conatu seu pecunia delinitus irrito cepto Aretium petiit.

Carolus Romam petiit

Romam post hec ad Urbanum profectus cum aliquanto ibi constitisset ad belli apparatus faciendos mox Neapolim petens reginam superatis eius ducibus cepit regnumque obtinuit.

Carolus ... Iohannam ... et regnum obtinuit

Regina obiit necata Caroli iussu

Nec multo post Regina obiit Caroli iussu ut putatur necata non tam odio (erat enim genere sibi imprimis coniuncta) quam ut spem omnem fautoribus eius auferret. Inter hec Aretini magis quam unquam prius intestinis seditionibus agitari ceperunt.

Prefectus Caroli restituit ... in Aretium sub spe reconciliationis

Prefectus enim Caroli in ea urbe relictus formidans eorum animum potentiamque qui regi tradiderant civitatem quo eos debilitaret diverse factionis homines in urbem restituit. Hec quanquam sub specie reconciliationis civilis agerentur tamen confestim graviores discordias ac extremum pene interitum civitati peperere. Vix siquidem intra menia receptis diversissimarum voluntatum hominibus confestim et suspiciones et studia partium venerunt.

Prefectus favebat ...

Augebat vero id malum prefectus ad favorem eorum quos ipse reduxerat totus declinans. demumque captis principibus alterius factionis et in carcerem coniectis non nullis etiam necatis ad exulum nuper reductorum nutum cuncta ministrabat.

Gebellini ...

Ita Gebellinorum factio que amplius

Nota

Prior prefectus amotus est & substitutus Jacobus Carazoli

Tarlati & Uberti gebelini

Albericus comes accitus a guelfis ut expelleret gebellinos ab aretio

Villanucius

Quis status esset mutatus florentie.

quadraginta annis exulaverat et tunc per adventum Caroli pe-
ritura sperabatur: favore prefecti reducta in urbem prevale-
re manifestissime cepit. Adeo in rebus humanis coniectura
fallit. Que quom regi nuntiata essent (cives enim ipsi a
prefecto deiecti querelam sibi detulere) improbitatem prefecti
detestatus illo revocato atque remoto Iacobum Carazolum Ne-
apolitanum ad gubernandam urbem transmisit. In adventu
novi prefecti quoniam ille secum cives nuper eiectos reducebat
et de mutatione rerum timebatur arma sumpta sunt preliaque
per urbem commissa. Durius id certamen fiebat quod Tarla-
ti et Ubertini principes gebellinarum partium aliquot milia
armatorum hominum ex oppidis clientelisque suis in urbem
contraxerant paratique et compositi ad arma devenerant. Eo
presidio muniti superiores habebantur ut compellerentur
nostri in arcem refugere. Ibi quom remedia agitarentur pla-
cuit Albericum comitem qui magnas habens copias in fi-
nibus Perusinum Cortonensiumque agri per id tempus degebat
in auxilium vocare adversariorumque bonam predam sibi pol-
liceri. Ea conditione Albericus cum magno equitatu venit
receptusque per arcem simul cum ea parte civium que in arcem
refugerat in adversarios erupit. Nec magnum fuit certa-
men. Illi enim ipsi ubi supervenisse auxilia equitum intel-
lexere relicta urbe in proxima sese castella suarum partium
receperunt. Equites vero ad predam conversi totam diripue-
runt urbem nec minus amicorum quam inimicorum bona in predam
vertere. Et supervenit propere alia manus equitum non sane
minor quam Villanucius ducebat. Ea quoque manus in urbem
siquid superfuerat prede abrasit. Additur huic acerbitati se-
cus aliud. Quod enim extremum erat autumni hibernare
duces intra urbem cum omnibus copiis statuere. Ita crude-
liter pulsi cives cum coniugibus et liberis patriam relinq-
uere coacti sunt miserandaque multitudo inops rerum om-
nium ac bonis exuta longis agminibus finitimas civita-
tes oppidaque replevit. Per hec eadem fere tempora Floren-
tie motus in re p. fuit pulsoque Thomaso Stroza principe illius

factionis Georgio autem Scala altero principe supplicio affecto exules
in urbem summo consensu civium revocati gubernacula rei p.
suscepere. Que Aretium occupaverant copie hiemem totam
ac partem estatis in ea urbe commorate quom tandem abissent
cives qui a tanto naufragio superfuerant in vacua ac semiusta
tecta redierunt. Nec in eo ipso tempore quies a bello. Exules
enim finitima urbi castella possidentes usque menia per singu-
los ferme dies infestabant. Itaque nemo civis intra urbem non
armatus conspiciebatur. Omnis cura et opera bellicis artibus
increbuerat quom et repellerent illatam vim et paulo post con-
firmati ultro ipsi exulibus omnifariam belli cladem inferrent.
Inter hec Ludovicus Andegavensis quem adoptatum ab regi-
na diximus in Italiam venit. Huius adventus Florentinos
Aretinosque maxime conterruit. Veniebat enim inimicus Car-
olo cui et Aretini parebant et Florentini post reversionem ex-
ulum mirabili favore obsequebantur. Copias vero tantas secum
adducebat Ludovicus ut non facile maiores transisse alpes quis-
quam meminisset. Equitum enim circiter quadraginta milia ha-
bere in exercitu ferebatur a quibus si per Etruriam iter faceret
extreme formidabantur clades. Sed ille enim tam innumerabili ex-
ercitu aliud iter secutus quom citeriorem Galliam dimensus
fuisset Bononiam tandem Ariminumque pretervectus per Pi-
centes et Marsos in regnum pervenit. Ibi rebelliones crebre fac-
te ab iis qui reginam a Carolo necatam indoluerant. Bellumque
inter duos reges acerrimum concitatur. Quom longius tra-
heretur bellum nec alterutra pars ad summum prevaleret Ludovicus
alia equitum milia quindecim delectorum ducebat vero eas
copias Enghirammus quidam Gallus vir domi potens ac bello
clarus. Is ergo quom transmissis alpibus in Italiam descendis-
set receptus hospitaliter a Bernabone Mediolanensium prin-
cipe commeatuque et pecuniis adiutus non per Ludovici vestigia
prosecutus est iter sed ad dexteram flectens per Placentino-
rum Parmensiumque fines Apennino monte transmisso in Etru-
riam descendit. Iter eius per Lucensem Florentinum et Se-
nensem fuit agrum. In iis locis quom essent Aretini exules de

Guelfi revocati sunt & susceperunt gubernacula florentie

Ludovicus Andegavensis in Italiam venit

Florentini cum Carolo

Aretini essent cum copiis Ludovici andegavensis

Ludovicus cum suis copiis in regnum pervenit

Bellum inter duos reges

Alie copie gallorum Enghiramus gallus

Bernabos Mediolani dux

Areti gebellini ... gallū advocant

quibus supra dixi illum ademit. Aretium Caroli esse docent.
Occupari vero eam urbem per facile posse quoniam permagnus
murorum ambitus sit defensores autem pauci ob superiores
eius populi calamitates. Esse preterea non nullos intra urbē
quos sibi fautores haud dubie sperent. Ita pollicendo atq; in
stando gallos pellexerunt ut Aretium aggrederentur. Re oc
culte cōposita exules p noctem scalis menibus admotis per
remotissima urbis loca partem murorum ceperunt statimq;
gallorum aderant copie cives q; simul excitati accurrunt. Gal
li per refractam ab exulibus portam ingressi nō una modo

galli capiunt Aretium

via sed pluribus invadere urbem ceperunt. Quo factum est ut
multis simul locis prelia uno sub tempus consererentur. nox
atq; tenebre terribiliora omnia faciebat. denique vicatim prope

Aretiū capit a gallis preter arcē

expugnata urbe post multas cedes ac varias belli fluctuatio
nes sub primam tandem auroram capitur tota preter arcem.
Hanc enim pars iuventutis i eam refugiens egregie defendit
Ad predam post hec conversi victores omnia diripuerunt et
cives qui exulibus egregie inimici fuissent captivarunt Ea
nocte acerbissima quidem omnium quas unq; meminerim
parens meus ab exulibus captus et in castellum petremale
ductus ibi carcere maceratus est una cum Iohanne epo Aretiō
et aliis quibusdam precipuis viris exulum inimicis. Ego quo
q; licet puer ab alia manu exulum captus in castellum quara
te (Nam id quoq; exules tenebant) abductus sum. Et quia
puer eram non cū aliis captivis sed honestiore quodam carcē
cubiculo asservabar. Erat in eo cubiculo picta Francisci petrarce

Nō d. leonar. et franc.o petrarcha

imago quam ego quotidie aspiciens incredibili ardore studi
orum eius incendebatur. Qua nocte galli Aretium intrarunt.
ea ipsa nocte Florentiam crebris negotiatorum litteris nuntia
tum est Ludovicum Andegavensem in Apulia diem obiisse.

Mors Ludovici andegavensis regis

Itaq; gallis paulo post per hyronam quasi leta nuntiantibus
se Aretium cepisse responsum a Florentinis est eodem signē
te non tam letari se Aretio capto q̄ dolere pro Ludovici mor
te quem certissimum cognoverunt interiisse. At galli hec fal
sa ducentes leti atq; alacres Areti consistebant. Expugnare vero

Galli ad obsidendā arcē Aretii se compararunt

arcem adorti quom multis vulneribus repellerentur ad obsidionē
eius se compararunt crebraq; per singulos dies prelia ante arcem
ipsam incredibili certamine cōmittebantur ut amarent etiam
galli eorum qui obsidebantur virtutem. Iuventus autem obses
sa tanto belligerandi studio flagrabat ut unica sibi voluptas
foret manus conserere. Sex menses circa arcem galli occupa
ti quom tandem de obitu Ludovici certiores facti essent omis
so proficiscendi in Apuliam consilio redire in Galliam statue
runt. Ad hunc ipsum reditum quom pecunia opus esset ver
tere mentem ad conditiones ceperunt ac Florentinos pecuniā
rogare et sibi relinquere urbem polliceri. Florentini vero quā
q̄ summopere affectabant tamen. ante omnia putaverunt mit
tendum esse in arcem ad sustentandum civium animos. Nec
sane obsessis aliud refugium videbatur p̄sertim ne exulibus
urbs a gallis relinqueretur formidantibus. Ita ex consensu o
mnium res transacta urbsq; abeuntibus gallis et arce dedentib;

Aretiū sub florentinorum devenit potestatem

civibus in Florentini populi devenit potestatē. Castella deinde
prius occupata repentibus Florentinis bellum adversus Farla

Petremala gebellina

tos ceterosq; exulum principes suscitatur: petremalaq; perpetua
gebellinorum sedes obsessa post longam oppugnationem tandē
capitur et ad solum evertitur. Et aretine quidem turbationes
per hunc modum requieverunt. Carolum autem in Apulia
omnino victores alterius spes regni in Ungariam traxit. Mor

Lud. rex Ungarie mortuus

tuo eī Ludovico Ungarie rege propinquo suo quoniam proles

Carolus ad reg. Ungarie postulatur

nullam virilem reliquisset ipse consensu procerum ad id regnū
postulabatur. Profectus igit magna manu quom regnum su

Carolus suscepto regno Ungarie interficitur

scepisset inter ipsas gratulationem dolo regine veteris interficit.
Per hoc ipsum fere tempus Bernabos mediolanensis cuius et
auctoritas et potentia per galliam maxima fuerat a Galeatio
fratris filio capitur ac dominio spoliatur cuius ruina quanq;

Galeatius spolians dominio bernabovem Mediolani

grata erat Florentino populo: tamen paulo post considerans ad
priorem nepotis potentiam que erat per se maxima Berna
bovis insuper opes ac potentiam accessisse horrere nimium vici
nitatis vires ac formidare inmodicas opes incepit: quam
mox suspicionem auxit Verona primum: deinde pathavii

urbes magne ac potentes ad imperium addite. Itaque crescente suspitione parare iam inde remedia ac se premunire Florentini pergebant et ille vice versa cavere diligentius ac Florentinos versari in suis oppidis prohibere. Iam per Etruriam quicumque aut formidabant Florentini populi potentiam aut oderant ad hunc respicere aut fugere et in Etruriam arcessere et imprimis Senenses ob Politiani receptionem. Id oppidum in fide Senensium quoniam esset: orta inter principes seditione pars eorum pulsa confugerat ad Senenses quam quoniam reducere illi nollent retinens altera pars sese atque oppidum Florentinis tradidit adeo quidem obstinate ut non recipientibus ab initio civibus ob Senensium respectum oratores qui ad dedendum oppidum venerant ad erarium profecti in bona Florentini populi id oppidum retulerint: ac transcribi monimentis publicis effecerint. Per hunc modum recepto Politiano Senenses veluti contumelia tacti res novas affectare palam ceperunt et ad Mediolanenses opes se totos convertere magnamque illius equitatum intra urbem recipere. Ita crescentibus suspicionibus atque odiis tandem bellum exarsit. Id bellum multis durauit annis quamquam intercessit non numquam pax verum ita suspitiosa ut vix ab armis discederetur ac resumeretur confestim bellum. Nec per Etruriam modo sed per Galliam quoque varie fuit id bellum implicatum submittentibus eo copias Florentinis ac magnos equitatus ex Transalpina Gallia et Germania commoventibus. Arma per hoc tempus in manus Italorum penitus redierant quos superiori tempore per equites exterarum nationum mercede conductos bella geri per Italiam consuessent. Veniebant enim viri nobiles domi comitatum equitum in Italiam trahentes mercede vel apud civitates vel apud principes militaturi plurimique ex Germania aut Gallia sed et Hispani generis permulti et Ungari et Britani per Italiam militabant. Apud hos gloria equestris habebatur. Nostri autem perpaucam militie gloriam recuperantes magnis Italorum turmis militare ceperunt. Crescensque paulatim multitudo usque adeo peritia et audacia prestitit ut nemo iam exterum equitatum habere vellet. Vic-

Politianum oppidum Senensium receptum a Florentinis

Senenses ad Galeatium [illegible]

Factum quod cessarat in Italia

toria et spes omnis bellantium in Italico equitatu reponeretur. Per hec ipsa tempora mirabilis accidit populorum motus. Omnis quippe multitudo vestes induit albas et piaculis quibusdam factis incredibili devotione fervore longa dealbatorum agmina ad vicinas urbes commeabant pacem ac misericordiam clamore supplici deprecantium. Prorsus miranda res et incredibile negotium. Peregrinatio erat fere dierum decem. Cibus vero ut plurimum panis et aqua. Nulli per urbes alio vestitu conspiciebantur. Accessus non in aliena oppida etiam parum antea pacatorum liberi fuerunt. Nemo per id tempus dolo fallere temptavit. nemo advenarum oppressus. Facte quedam inducie cum hostibus fuere durauitque is motus fere menses duos quoniam et proficiscerentur populi in alienas urbes et alii in suas adventarent. Mira hospitalitas ubique et benigna susceptio. Unde vero initium ceperit obscurum est. Ex Alpibus certe in Cisalpinam Galliam descendisse ferebatur mirabilique discursu populos apprehendisse. Florentiam primum omnium Lucenses populariter advenere quibus conspectis tantus confestim ardor consecutus est ut etiam illi ipsi qui ante rem auditam deriserant primi omnium suorum civium vestes mutarent et quasi deo correpti motu simili vagarentur. Florentini quadrifariam partito populo due ex his partes innumerabili multitudine virorum: mulierum puerorum Aretium petiere. Relique vero partes ad alia loca profecte sunt. Quocumque perveniebant albatorum agmina eorum locorum incole exemplo simili movebantur. Ita ex Gallia in Etruriam ex Etruria in Umbriam ex Umbria in Sabinos et Picentes et Marsos ceterasque subinde gentes progressa commotio ad extremas Italie oras pervenit nullos in populos non pervagata. Littere quoque per huius belli intercapedines mirabile quantum per Italiam increvere. Accedente tunc primum cognitione litterarum grecarum que septingentis iam annis apud nostros homines desierant esse in usu. Retulit autem grecam disciplinam ad nos Chrysoloras Byzantius vir domi nobilis ac literarum grecarum peritissimus. Hic obsessa a Turcis patria Venetias mari delatus primo mox audita eius fama invitatus benigne ac postulatus

Albatus populorum motus quo tempore acciderit et quanto tempore duraverit

Litterarum grecarum quo tempore [illegible]

Chrysoloras retulit grecam disciplinam · 1402 · [illegible]

72

et salario publico affectus Florentiam venit sui copiam iuvenibus
exhibiturus. Ego per id tempus iuri civili operam dabam nō
rudis tamen ceterorum studiorum. Nam et natura flagrabam
disciplinarum amore et dyalecticae ac rhetoricae non segnem
operam impenderam. Itaque in adventu Chrysolore anceps eq-
dem factus sum quom studium iuris deserere flagitiosum du-
cere et tantam occasionem litterarum grecarum ediscendarū
pretermittere scelus quodam modo arbitrarer. Saepius que ipse
ad me iuvenili motu inquiebam. Tu quom tibi liceat Homerū
et platonem et demosthenem ceterosque poetas et phos et orato-
res de quibus tanta ac tam mirabilia circumferuntur intueri
atque una colloqui ac eorum mirabili disciplina imbui te ipsum de-
seres atque destitues. Tu occasionem hanc divinitus tibi oblatā
pretermittes? Septingentis iam annis nemo per Italiam grecas
litteras tenuit et tamen doctrinas omnes ab illis esse confitem-
ur. Quanta vero vel ad cognitionem utilitas vel ad famam ac-
cessio ~~vel ad famam accessio~~ vel ad voluptatem cumulatio tibi ex
linguae huius cognitione proveniet? Iuris quidem civilis docto-
res passim complurimi sunt nec te deficiet unquam discendi facul-
tas. Hic autem unus solusque litterarum grecarum doctor si e cō-
spectu se auferet a quo postmodum discas nemo reperietur.
His tandem rationibus expugnatus Chrysolore me tradidi
tanto discendi ardore ut que per diem vigilans percepissem
ea noctu quoque dormiens agitarem. Condiscipulos habui plu-
res sed qui maxime profecerunt duos ex nobilitate Floren-
tina Robertum Ruffum et pallam Honofrii filium Strozam.
Erat insuper in eadem disciplina Iacobus quidam Angeli qui
auctor imprimis fuerat Chrysolore accersendi. Accessit quoque
postmodum petrus Vergerius iustinopolitanus qui cum patavii
in studio floreret secutus Chrysolore famam sese Florentiam
contulerat ad eum audiendum. Ex his Robertus et Vergerius
et Iacobus Angeli me longe antelibant etate: pallas erat ferme
equalis. Apud hunc ego magistrum supra biennium fui in-
structus sane probabili atque optima disciplina. Tandem impe-
ratore constantinopolitano in Italiam advecto revocatusque

Ch grecus lit

Pro grecis

Ro. bonas artes et [illegible]
[illegible] complectendas

petrus vergerius patavinus

ad se Chrysoloras abiit ille Florentia et Mediolanum ad impe-
ratorem suum se contulit. Iam millesimus quadringentesimus
erat annus et pestis signa quedam terrere inceperat que paulo
post Florentie desevit cū incredibili strage cuiusque sexus atque
etatis. Unicum huius mali remedium in fuga repertum est.
Fugerunt itaque cives populariter Bononiam plurimi demi-
grantes. Et tamen in vacua desertaque urbe supra triginta ho-
minum milia pestis absumpsit. Quom finem pestis tandē
fecisset bellum quod aliquando intermissum fuerat maius q̄
antea instauratum est congressique utrinque copie apud casala-
tium Bononiensis agri vicum conflixere. In ea pugna supa-
ti nostri profligantur. Bononia que ad eam diem in socie-
tate Florentini populi fuerat Mediolanense iugum suscepit.
Copie Florentinorum omnes illa pugna perierant Capto etiā
Bernabone duce. Itaque plurimū Florentie trepidatum est. nec
ulla resistendi spes relicta videbatur amisso exercitu toto duce
insuper capto Bononia subacta. Per etruriam vero pisani
Senenses perusini in potestate Mediolanensis erant. Lucen-
ses quoque haud multum essent. nec ulla salutis ratio cerneretur
mors Galeacii mediolanensis insperato supervenit. decessit enim
morbo in cursu ipso rerum maximarum. Eius interitu turbata
sunt omnia apud hostes quom et filios reliquisset parvulos
et militie duces statim inter se de potentia certantes ruinam
principum machinarētur. Ita mirabiliter conversa re qui prius
terrebant metuere ceperunt et quibus desperata videbantur
omnia in tuto consistere ac plurimum fidere. In etruria tamē
haud multo post data pax Senensibus est et cū pisanis tacito q-
dam cōsensu a bello cessatum. Perusia et Bononia e manibus
hostium erepte in potestatem Bonifacii romani pontificis (is
enim Urbano successerat) devenere. Mortuo Galeatio Mediolanē-
sium principe ac subinde paucis post annis Bonifacio vita
functo ladislaus rex per Italiam formidabilis esse cepit. Hic
a patre Carolo quom in Ungaria necatum esse ostendimus pu-
er admodum sub tutela matris in Italia relictus inter mille dif-
ficultates adoleverat. Suscepta primum ab eo in Ungariam ex-

Bellum inter galeacium et florentinos restauratur

Dicto galeacii contra florentinos

Bononia Mediolanensis iugum suscepit

Captus est bernabos dux exercitus

Cum essent in etruria sub potestate galeacii mediolanensis

Galeacius moritur

Perusia et bon. in man. bonifacii successoris [illegible]

bonifacius pontifex vita functus

Ladislaus Rex filius caroli formidabilis esse cepit per Italiam

n° Ladislao

De Lasdislao

Lasdislaus potens efficitur

Innocentius successit Bonifacio

Lasdislaus audita creatione Innocentii ut gratularetur novo pontifici Romam proficiscitur

Lasdislaus sua presentia Romanos in pontificem concitavit

Lasdislaus erexit mentem ad urbem capiendam

Lasdislaus magis redit

L. Leonar. fuit vocatus ab Innocentio

[illegible] Lasdislau

pedito quom parum prospere successisset in Italiam regressus pur-
gato Apulie regno ac sub manus eius redacto in id potentie cre-
vit ut iam et pontifici romano et Florentinis ceterisque populis sus-
pectus plane ac formidabilis haberetur presertim quom in eodem
rege summa calliditas esset cum summa dominandi cupiditate coniun-
cta. Nec domi sedens per prefectos sed ipse presens exercitum
ducitare ac expeditiones obire consueverat. Adiuvabat insuper eum
incredibilis populorum favor quod ipse solus ex regia stirpe relictus
unice colebatur. Bonifacio Innocentius in pontificatu successit
patria Sulmonensis vir etate grandevus ac multarum magnarum-
que rerum experientiam colens. Ad hunc igitur pontificem Ladis-
laus inter primas gratulationes Romam profectus quom
honestissimam salutandi gratulandique pretexeret causam esset
autem re vera augendi regni cupiditas romanos nec prius qui-
etos sua presentia in pontificem concitavit. Ipse vero mentem
erexit ad urbem Romam capiendam. Nec tamen aperta mol-
iebatur rex nec in presens urgebat rem sed clam irritando ci-
ves romanos ac pontifici reddendo infestos putavit fore ut
pontifex illorum petulantiam non ferens ex urbe migraret. ro-
mani autem ad se converterent. Hoc igitur machinatus rex do-
mum rediit pontifex autem Rome consistens magnis in
difficultatibus versabatur. Ego per hoc tempus ab Innocen-
tio vocatus Romam veni et quidem in medio turbationum
maximarum susceptusque benigne a pontifice ac honoribus
titulisque affectus inter intimos illius familiares haberi sum
ceptus. Rome conditionem rerum hanc offendi. populus
romanus paulo ante receptam mediocrem quidem exercebat
libertatem. Ex principibus autem Columnenses et Sabelli plu-
rimum poterant. Ursini vero deiecti atque suspecti populo quod
pontifici favere putabantur. Curia sane plena atque locuples.
Cardinales et multi et magne dignitatis. pontifex apud
Basilicam vaticanam degebat cupidus ocii et presente contentus
statu modo frui sineretur. Sed tanta perversitas erat quo-
rundam potentium in populo romano ut nullus quieti re-
linqueretur locus. Tandem vero crescentibus suspicionibus

Oppressus a Lasdislao [illegible]

Romani pontem capere adoriuntur

Romani petunt ire ad oppugnandas pontificis edes

Papaliste resistunt impetui Romanorum

Romani pro concordia ad pontificem veniunt

Cum redirent domum XI Romani capti ad Ludovicum pontificis nepotem adducuntur

et equitatu a rege submisso pontifex quoque auxilia suorum ar-
cessere coactus est. Secute dehinc maiores turbationes civium-
que romanorum cedes et pontificis fuga de quibus quoniam
singulis interfuimus non pertransibimus cetera sed paulo se-
riosius iuvabit perscribere. Pons est Milvius super amnem
Tiberim extra urbem Romam per quem ex Etruria in Latium
transitur. Hunc nostri presidio militum imposito tenebant.
Romani vero cupientes eum quoque pontem in suam redi-
gere potestatem ne quando inde nocere latio posset noctu va-
dentes subita in capere pontem adoriuntur. Resistunt milites
qui aderant in presidio ac magna in utrimque pugnatur. Sup-
mam tandem lucem re ex fumo cognita missi celeriter eq-
tes, nostri romanos in fugam vertunt. paucis interfectis fre-
quentibus vulneratis. Illi in urbem reversi capitolio consis-
tunt. multitudinem convocant. Festus dies erat. plebs oci-
osa et vino calens concursat. Sumuntur raptim arma. Vex-
illa promunt. Ad oppugnandas pontificis edes ire pergunt.
Nostri contra instare: parare tela: cohortari: insistere. Ex-
pectare forte animo populi impetum. ante molem Adri-
ani que male pacata nobis erat vallum iacere. nox demum
certamen diremit. Ea nocte vigiliis utrimque in armis acte se-
cutis deinde mox diebus de concordia agitatum cuius rei gra-
tia romani quidam cives ad pontificem venere. Hi post
multa cum pontifice agitata domum redeuntes paulo supra
molem Adriani invaduntur. Capti ex iis undecim (nam
ceteri in ipso impetu dilapsi evaserant) ad Ludovicum ponti-
ficis nepotem cuius iussu capti fuerant adducuntur. demumque
omnes undecim crudeliter interfecti sunt. Inter hos duo fuerant
ex septem viris quos ad gubernandam rem p. populus ro-
manus crearat. Ceteri autem nomen ex primariis civibus
et quod dolendum fuit non nulli ex iis: qui eas molestias infer-
ri nobis permoleste ferebant. Huiusce autem rei quom cele-
riter fama per urbem divulgata esset itur confestim ad ar-
ma. complentur omnes additus. clamoribus et vociferationi-
bus omnia resonabant. Ipse quoque permagnum ea die peri-

culum adii. Nam paulo ante fiducia eorum qui ad pontificem venerant flumen transgressus iteram in urbem. Itaque mox audito tumultu recipere me ad nostros propero. Certa igitur dimensus quom ad pontem Adriani pervenissem armatorum ingentem catervam qui pontem occupaverant offendo. Erant autem ii cesorum agnati et propinqui. Stabatque ferri acies mucrone corusco stricta parata nec quod ego simulat prospexi averso celeriter equo in primum angiportum desilio ac veste inutili assumpta pedes me turbe admiscens stationes armatorum incognitus pertransii. Michi vero postquam ad nostros perveni primum spectaculum fuit cesorum acerrimus. Iacebant enim media in via saucium ne fedati magnisque vulneribus confossi. Steti horrens in[illegible] omnes oculos. quosdam etiam ex iis michi notos et amicos lachrimans recognovi. Inde ad edes pontificis me pergo. Ille miro dolore angebatur. Res enim tota eo inscio transacta fuerat vir pacificus et mitis a cunque lenitate nichil magis abhorrebat quam cedes et humani sanguinis effusio. mestus sese ac fortunam deplorabat suam. oculos interdum ad celum tollens quasi deum invocaret testem sue erga populum romanum innocentie. Pontifex igitur iis curis anxius nec quid ageret nec ubi consisteret pre nimio dolore sciebat. Circumstantium autem varie erant sententie. Alii confestim abeundum censebant nec impetum populi romani tam insigniter lesi irritatique expectandum. Esse insuper haud procul ab urbe regias copias: quas pro romanis stare non ambiguum erat. Alii nullo modo abeundum sed obsidionem tollerandam auxiliaque ex amicis opidis accessenda censebant. Erant etiam qui postera vel altera die abeundum putarent ut simul colligendarum rerum spacium esset simul ut non fuga sed migratio illa videretur. duo erant aditus quibus ex urbe Roma ad nos perveniri posset. Unus per pontem cui moles Adriani superimposita est alter per transtiberim et ianiculi collem adversus mollem Adriani quoniam de fide eius qui arcem

tenebat dubitabatur. Stationes nostrorum munite. Adversus ianiculum menia erant non nullis in locis vetustate collapsa. Hec quoque loca armatis complebantur. Resisti sine dubio poterat contra omnem populi impetum. Verum quia commeatus paucorum admodum dierum aderat et regie turme nobis infeste adventare nuntiabantur: vicit eorum sententia qui suadebant e vestigio abeundum. Igitur sarcinas colligere et impedimenta componere nostri contendunt quod ubi pro angustia temporis factum est prima turma equitum ivit deinde impedimenta peditesque proficiscuntur. Post hoc pontifex cum omni curialium turba (extremum fuit equitum agmen) qui aliquanto intervallo secuti sunt si qua immineret a tergo repellerent. Superant quatuor diei hore cum urbe egressi sumus. profecti non sine magno timore circiter secundam noctis horam ad vicum cesianum duodecim milium passuum ab urbe consedimus. Ibi per eam noctem commorati. postridie prima luce castra movimus et circiter sextam diei horam Sutrium pervenimus. Sutrini omni multitudine extra portas diffusa alacri vultu pontificem receperunt. In hac urbe quod reliquum erat diei ac secutam noctem commorati postera die viterbium contendimus. Viterbii autem quom esset pontifex iam aliquot menses commoratus romani penitentia ducti dominationem urbis illi reddiderunt: ac multis legationibus eum revocarunt. Itaque reversus Romam pontifex miro applausu populi romani suscipitur. Non tamen ne tum quidem quievere res quoniam moles Adriani in qua regis presidium erat obsidebatur telaque et machine per urbem volitabant et metuebatur ab regiis copiis. Demum post aliquot menses et arx recepta est et pax cum rege ex superioribus accusationibus facta. Per hoc ipsum tempus Florentini pisas ceperunt iampridem ab eis obsessas et ad extremam famem perductas de qua quidem re altius repetentes pro illius cognitione dicemus. pisanorum civitas satis diu sub gubernatione petri gambacurte requieverat. Is fuit modesti vir animi et florentini populi ut in pisanis valde amicus. Habuit vero adiutorem re

Marginal notes:

Leonar. [illegible]

Bona cautela d. Leonardi

Pontifex miro dolore afficiebatur quia res eo inscio facta erat

Circumstantium varie erant sententie quid ageret pontifex

Pontifex de urbe recedit

Quo profectus est pontifex

Pontifex ita [illegible] Romam repetit.

Pax cum Lancilao facta

Quo tempore florentini pisas ceperunt

Causa ad [illegible] pisanorum [illegible] in florentinos [illegible] pisanos [illegible]

Petrus Gambacurte gubernator pisarum

Iacobus appianensis adsumptus [illegible] petro gambacurta

rum agendarum Iacobum appianensem scribam ceterum astutum
hominem qui quoniam multos per annos fideliter ei obsecutus
esset amicaque etiam secretissima arduissimaque tractaret in eam
paulatim ascendens devenit potentiam ut etiam dominatori
ipsi formidabilis esset. Factionem enim sibi non contemnendam
comparaverat in pisanos presertim eorum qui non satis contenti
presente civitatis statu videbantur. Quoniam denique suspiciones

Iacobus appianensis interfecto petro [illegible]

maiorem in modum crevissent antevenit appianensis ac petro
gambacurta cum filiis interfecto dominationem sibi civitatis
arripuit. Huic post paucos annos defuncto Gerardus filius

Gerardus filius Iacobi [illegible] Galeacio [illegible] pisas

successit qui quoniam non satis confideret pisanos continere pos-
se eam urbem Galeacio mediolanensi tradidit retenta plom-
bini et ilue insule dominatione. Ita pisana urbe in potestatem
Mediolanensis devenerat. Moriens deinde Galeacius pisas

Galeacius relinquit Gabrieli filio [illegible] pisas

Gabrieli filio ex concubina genito reliquit qui quamquam esset
admodum puer ac sub matre nobili muliere degeret tamen

Gabriel [illegible] florentinis [illegible] pisas

triennio ferme post obitum patris eam urbem retinuit tacito
quodam consensu pace cum Florentinis recepta. demum vero dif-
fidens tenere illam posse grandi pecunia de Florentinis susce-
pta pisas tradidit ita secreto ut prius in arcem presidium po-
puli Florentini receptum sit quam quicquam sentiretur. At pisani

Arx pisana [illegible] florentinis [illegible] expugnata [illegible] pisanis

ubi hec resciverunt invadentes confestim arma in arcem ipsam
impetum fecere tantaque fuit vis atque procella ut expugnata
celeriter arcem in suam redegerunt potestatem et populi pi-
sani nomine gubernare civitatem cepere. Florentini delere
susceptam ignominiam volentes confestim intulerunt eis bel-
lum. maioribus deinde paratis copiis pisas obsederunt.

Florentini pisas obsederunt

Post aliquot tandem menses fame domita civitas iugum su-
bire coacta est. Iohanne gambacurta quem pisani ab exi-
lio revocatum sibi prefecerant ob extremam famem urbem

Civitas pisana [illegible] florentinis subiecta

Io. gambacurta

dedente. Eo facto tantum crevit Florentini populi nomen
quantum non omnibus bellis superioribus creverat. Urbs
enim emula diudum potentissima bello obsidioneque perdo-
mita in eius devenerat potestatem. Paulo post captas a Flo-
rentinis pisas Innocentius pontifex Rome diem obiit. Car-

Innocentius [illegible] obiit Rome

dinales autem peractis circa funus solemnibus ambigui fuerunt
num ne pontificem alium sufficerent in demortui locum an ma-
gis supersederent electione. Faciebat vero ambiguitatem quod princi-

De electione pontificis

pes Gallie verita ne divisio ecclesie perpetuaretur pro pontifice
suum obligaverant ad pontificatum deponendum si vel noster
pontifex se abdicaret vel eo vita functo Cardinales nostri elec-
tione supersederent. Hec enim via redintegrandi unuendique cer-
tissima visa fuerat. Nam iuris quidem disceptatio nec iudicem
habebat ullum qui superior esset et inextricabiles alioquin
continebat difficultates. Hac igitur via placente cupiebant pat-
res in electione pontificis supersedere. Sed altera ex parte peri-
cula magna si supersederetur timebantur quoniam et dilatio longa
necessario interventura foret et nullo interim presidente con-
fusio atque ruina rerum formidaretur. Itaque mediam quandam
viam secuti patres eligere quidem statuerunt. verum ita ob-
ligare eum qui eligeretur ut se magis procuratorem ad
deponendum pontificatum quam pontificem factum existimare
posset. Cautio in hunc modum adhibita. Promisit iuravit

Patres cardinales eligunt pontificem sub [illegible] obligatione [illegible]

et vovit unusquisque patrum idque chyrographo solemni inscrip-
sit. si pontificem eligi se contingat depositurum se pontificatum

Promissiones cardinalium [illegible] eligi [illegible]

si adversarius pontifex idem faceret. idque statim illi per litte-
ras significaturum et invitaturum ad hoc ipsum faciendum
procuraturum insuper omni via et modo unitatem idque bo-
na fide et sine ulla fraude. Promissionem et votum et iusiu-
randum quod ipse prestitisset omnibus regibus principibus-
que per suas litteras primo quoque tempore significaturum
quo eos testes haberet obligationis sue. Ea multis solemni-
busque verbis quoniam in bellum redegissent et chyrographa sin-
gulorum conspecta essent agitare post hac de electione cepe-
runt. Vir querebatur non tam peritia rerum gerendarum quam
fide integritateque idoneus. Quippe ad bene agendum in ea
quidem re non caliditate consilii neque profundo arcanoque
pectore sed bona voluntate opus fore videbatur. Ita animati
quoniam singulos examinarent tandem in Angelum corrarium

Angelus corrarius electus in pontificem

natione venetum mentem consensumque omnes verterunt. Id

fuerat paulo ante opera Innocentii pontificis inter patres adscitus
quom antea titulo tenus patriarcha constantinopoleos haberetur.
Vir prisca severitate et sanctimonia reverendus. Is ergo con-
clavi egressus promissionem votum et iuramentum que pri-
vatus effecerat tunc in potestate constitutus iterato novavit.
Atque ita loquebatur de unione primo illo tempore ut si ce-
tera deessent pedibus et baculo se iturum ad eam conficien-
dam asseveraret. Statimque adversario scripsit benigne illum
ad pacem invitans et abdicationem mutuam offerens. Ad-
versarius autem tantisdem fere syllabis ad eum rescrip-
sit. eadem invitatio fuit eademque cohortatio. Locus deinde
necessarius visus est in quo et pontifices ipsi et collegae con-
venirent. Ad hoc Saona pari consensu recepta fuit. urbs
medio ferme spatio constituta et tam mari quam terra accessibi-
lis. Prospere hucusque et plane ex sententia. deinde paulatim
res labescere ceperunt et cuncta in dies deteriora fieri. Volun-
tas enim illa pontificis recta nequaquam satis habere firmita-
tis reperta est ad pontificatum deponendum: cuius rei culpam
multi in propinquos eius referebant. Ab his enim formi-
dines inanes et adumbrata pericula quotidie fingi ac in-
susurrari eius auribus predicabant: quibus ille deterritus
nec Saonam accedere voluit altero pontifice constituto tem-
pore illic se exhibente et absentiam eius incusante et in ceteris
que facienda erant difficilem se prebuit et morosum. Roma
tamen profectus est Senas ibique longiore mora protracta
quom ab universis incusaretur Lucam se tandem contulit
data rursus inani spe quasi cum adversario pontifice ventu-
rus. Erat in altero pontifice non melior sane mens sed occu-
lebat callidius malam voluntatem et quia noster fugiebat
ipse obviam ire videbatur. Itaque Saona profectus in Veneris
portum atque inde quo propior esset Spediam venerat. Sed
quom de congressu eorum per internuntios ageretur noster tam-
quam terrestre animal ad litus accedere ille tamquam aquaticum a mari
discedere recusabat. Quom per hunc modum desideria chris-
tianorum qui pacem unitatemque optabant in longum duceret

Pontifex scripsit de unione ad adversarium
Adversarius idem rescripsit
Saona pro unione magis [illegible] consensu partium
Hec bona dispositio [illegible] de unione [illegible] pontificis [illegible]
Pontifex non erat in proposito ad pontificatum deponendum
Pontifex [illegible] difficilem se prebuit et morosum
Pontifex [illegible] Lucam se contulit
Cautela digna [illegible]
Facet.

non tulerunt cardinales nostri sed deserto pontifice Pisas abire. Id-
que auditum quom esset alterius quoque pontificis cardinales de-
serto illo atque relicto Liburnum aufugere. Ibi congressi simulac
paulo post Pisis omnes recepti concilium universale per orbem ter-
rarum nuntiis ac litteris advocarunt. Gregorius interea Senas
reversus, paulo post Ariminum petiit. Ego pontificem secutus
sum potius familiaritate quam eius causam probarem quamquam
fuit in Gregorio permagna vite morumque honestas et pris-
ca quedam ut ita dixerim bonitas, scripturarum quoque sci-
entia et indagatio subtilis et recta. denique in cunctis fere
rebus mihi satisfaciebat preterquam in unionis negotio. Ego
tamen ut dixi in ceterorum curialium fuga illum desere-
re nolui sed ut Senas et Ariminum sum secutus non pri-
us ab eo discessi quam gravi precepto mee civitatis revocatus
sum. Arimino per id tempus preerat Carolus Malatesta
princeps illius familie. Huic viro nihil deesse videbatur
ad excellentiam laudis. Idem robustissimo ac pulcherrimo
corpore. Idem consilii maximi ac magnitudine animi
pene incredibili. Idem egregia liberalitate. Idem studiorum lit-
terarumque peritissimus. Cum hoc ego viro familiaritatem
maximam habui. Nec tamen corrumpit me amicitia in
laudibus eius recensendis quas maiores etiam merebatur
quam a me predicentur. dum Arimini commoratur Gregorius
concilium Pisis assidue cogebatur convenitque tandem in
eo loco multitudo ingens cunctarum vero nationum in eo
concilio accusati de collusione pontifices ambo privati. Per
hec tempora Ludovicus Andegavensis filius eius Ludovi-
ci quem cum Carolo contendisse de regno supra scripsimus
Pisas veniens concessionem regni Apulie ab Alexandro
recepit. Nam Ladislaus cuncta effecerat quo concilium im-
pediret. Qua etiam de causa magno cum exercitu circa Are-
tium consederat sperans eam urbem per amicos paternos
recipere ac omnia turbare posse. et erat alioquin nimium infes-
tus. Romam certe aliasque urbes post recessum Gregorii ex
nullo respectu ecclesie occupaverat. Itaque Ludovicus cum

Cardinales pisas abire
Cardinales pontificis alterius una cum aliis congressi sunt pisis [illegible]
Gregorius pontifex ariminum petiit
Pro gregorio pontifice
Carolus Malatesta arimini dominus
Ambo pontifices et gregorius et benedictus privati sunt in concilio pisano
Ludovicus filius ludovici andegavensis pisas venit et concessionem regni ab alexandro recepit
Ladislaus consederat cum magnis copiis circa aretium
Ladislaus occupaverat Romam

Baldasar cossa legatus ... [illegible]

exercitu nostrorum contra Ladislaum missus est quom eo
Baldasar cossa ex latere legatus. He copie quamquam ingentes
non multum profecerunt et fere circa urbem Romam commo
rate nec ultra progresse irrito cepto redierunt. Alexander vero
per autumni tempus abiens pisis pistorium concessit. Ibi hie
me tota commoratus Bononiam pecijt. Nec multo post Alexã
der moritur anno fere postquam sedere inceperat in eiusque locũ

Alexander moritur

Johannes xxiij assumitur. Hic dum in minoribus erat Bal
dasar cossa nominabatur sancti Eustachij diaconus cardina
lis vir in temporalibus quidẽ magnus in spiritualibus vero
nullus omnino atque ineptus. Qui anno vero post creatio
nem suam Bononie commoratus Romam tandem petere cõ
stituit. Fuerat enim illa prius aliquanto de Ladislai manibus
extorta. Iter eius per agrum Florentinum et Senensem ad in
ferum mare inde per tarquiniatem et ceritanum ad urbem
fuit. post hec apparatus facti missique adversus Ladislaum co

Baldasar cossa creatur pontifex

Johannes xxiij Bononie moratus Romam petiit

pie. Duces militie erant paulus ursinus et Sforcia. Aderat
quoque Ludovicus andegavensis cui possessio regni querebatur
iam pridem ab Alexandro rex appellatus. Ab his commissio
in finibus regni prelio Ladislaus profligatur. quod si duces militie
sequi victoriam aut scivissent aut voluissent actum quidem
erat de regno. sed in morando ac tempus terendo recipiendi se
se ac reparandi vires facultatem victo regi dederunt. Vox fuit
postea Ladislai qua die profligatus est ea die et sui corporis
et totius regni potitum in manibus hostium fuisse secunda ve
ro die corporis quidem sui potestatẽ amisisse regni tamen ad
huc dominos esse potuisse si persecuti victoriam essent. Tercia
vero die nec iam sui nec regni capiendi habuisse potestatem
quoniam adversus illorum impetum remedia comparasset. post
hec fortuna varia fuit ut modo pax inter pontificem et regẽ
modo bellum ingereret. Ad extremum vero rupta pace ac pau
lo Ursino cum pontificias copijs in picentibus obsesso pontifex
Roma pulsus Florentiam venit. Factiones magnis per id tẽ
pus in Florentinis vigebant alijs pontifici alijs regi faventibus.
Ob eas factiones pontifex intra urbem invitatus non est sed

Paulus ursinus et Sforcia duces missi contra Ladislaum cum Ludovico andegavensi filio

Victoria contra Ladislaum

Ladislaus post diem ... [illegible]

Pontifex Roma pulsus Florentiam venit

in subirebano

in subirebano epi resedit curia tamẽ intra urbem recepta. Rex
per hec tempora urbem Romam et alias omnes urbes usque ad fi
nem Senensium florentinorumque occupaverat qui quom terribi
lis ac prepotens esset lateque per Italiam dominaretur nec ulla
resistendi cerneretur spes Johannẽ pontificem impulit ad ex
terna transalpinaque auxilia respicere. Sigismundus per id tem
pus imperium susceperat Vincislao fratre turpiter admini
strante ac omnium iam opinione principatu eius antiqua
to. Ad hunc igitur quom in finibus Italie esset Johannes pontifex
legatos misit duos ex romane ecclesie cardinalibus iampri
dem tamen agitata inter eos re litteris et nuntijs. Unicum quippe
re remedium et imperatori et pontifici videbatur generale
concilium advocari sed erant circa hoc ipsum constituenda
permulta ceu locus tempus modus. Missi sunt hic dece
usus ad significandum legati. Horum missio legatorum tum
ne pontificis initium fuit. Qua in re non videtur pretereun
dum mirabile quiddam quod tunc accidit ut omnia celitus
gubernari cognoscamus. Communicaverat mecũ pontifex circa
ne mentem et cogitationem suam. In loco inquit concilij totũ
est. Nec ego alicubi esse nolo ubi imperator plus possit. le
gatis igitur istis qui a me mittuntur mandata amplissima
potestatemque maximam ad honestatis speciem dabo que pa
lam ostentare possint atque proferre. Secreto autem manda
tum restringam ad loca certa. Enumeravit inde subinde lo
ca. Quom in hoc proposito multos dies fuisset tempus ve
nit quo proficisci legatos oportebat. Tunc remotis ceteris
preter me ambos legatos secreto allocutus est multisque verbis
cohortatus ad munus legationis diligentissime obeundum.
ostendens quanti ponderis illa res esset cuius rei gratia mit
terent. deinde conversus ad benivolentiam quom eorum
prudentiam fidemque laudaret ac melius illos cognoscere quid
factu opus esset quam se ipsum diceret. dum ista commemorat atque
inculcat affectus ipse benivolentia propositum diu cogitatum
momento temporis immutavit. decreveram inquit loca quedã
nominare a quibus nullo modo discederetis sed in hoc tem

Sigismundus imperator

Pontifex ... [illegible] s. leonardo

Voluntas pontificis ... [illegible]

Pontifex allocutus legatos mittendos

poris primos sententiã muto ac nestre prudentie cuncta permitto
Vos quid michi timini et quid formidandum cogitetis circulam
q̃ in qua ea loca scripta erant in eorum conspectu lacerant abs
q̃ ulla aliqua loci nominatione. legati igr̃ ad Sigismundum
profecti Constantiam pro loco concilij delegerunt urbem et
transalpinã et imperatori subiectam. quod simulatq̃ intelle
it Johannes incredibile quantum indoluit se ipsum ac fortu
nam suam detestatus q̃ tam leviter a cogitatione propositoq̃
illo pristino restringendorum locorum descivisset. Sed nolũ
tatem dei nemo vitare pt̃. Johannes principio hiemis flo
rentia Bononiam abijt nec multo post congressum Sigis
mundi petens in Galliam profectus placentie primum cũ
illo congreditur. Inde ad laudensem urbem profecti ambo
mense fere toto in ea urbe fuere. Ex laude tandem Cremo
nam petierunt. Conditio Gallie michi per id tempus nõ
pessima modo verum etiam miserabilis visa est. adeo quas
sitas urbes ac regionem totam bello afflictam vastatamq̃
offendimus. Dux mediolanensium erat philipus Galea
cij primi ducis filius. Is iuvenis tunc velut ex longo prima
patris morbo vires resumere incipiebat. Nec dum tantũ
poterat ut ceteras urbes recuperare de manibus occupanti
um valeret. Itaq̃ singulis fere civitatibus singuli domina
batur tyranni. Ubiq̃ magna pars civium pulsa aut ne
cata. Ubiq̃ ville edificiaq̃ exusta. Johannes relicto apud
Cremonam imperatore. Mantuam petijt. In ea urbe paulo
longius commoratus tandem exacta hieme tota Bononiam redijt.
Ea estate quom Bononie resideret Johannes suspensis ~~.....~~
omnium animis et ad concilium se preparantibus Ladislaus
rex preter spem expectationemq̃ omnium moritur. Quom enĩ
exercitu coacto magnis copijs perusiam usq̃ venisset floren
tiniq̃ conterriti relicta pontificis societate per se ipsi recepis
sent pacem retrocedens rex nõ satis bona valitudine neapolim
redijt. ibiq̃ post paucos dies e vita migravit. Eius morte
florentinos ceterasq̃ liberas civitates magnis suspicionibus
et manifestissimo certissimoq̃ periculo liberavit. Nullum

enĩ difficilium erat eo vivente quin colla tandem summittenda
fuissent presertim quom magna pars civium iam tunc ad il
lum inclinaret pontifex maxime illius morte relevatus est.
ut iam nil esset quod illum cogeret ad Sigismundum res
picere. Sed tamen quia concilium a pontifice simul Im
peratoreq̃ in eorum congressu illo gallicano solenniter fuer
at publicatum et locus constantie indictus tempusq̃ pre
fixum quo adesse oporteret noluit pontifex promissis dees
se. Itaq̃ circiter kalendas octobris Bononia movens per
veronensem tridentinumq̃ agrum transmissis alpibus
constantiam accessit. Eo et Imperator venit et incredibili
principum prelatorumq̃ frequentia concilium celebratur
ut essent quandoq̃ in ea loca equorum supra triginta milia
ex quo multitudinem hominum licet coniectari. discordie
confestim inter Johannem pontificem Sigismundumq̃ ex
orte alterum alteri suspectum plane inimicumq̃ reddidere.
que cum procederent longius ac in dies magis pericula cer
nerentur Johannes clam abire constituit. Adiutus ad hoc
et plane invitatus factione maguntini archiepi et Federici du
cis austrie qui ~~.....~~ Imperatore adversaretur exercere illi
us auctoritatem ex oppressione pontificis condolebat. Johan
nes itaq̃ quom iam amplius quattuor mensibus in concilio
fuisset tandem propter suspiciones noctu incognitus cum pa
ucis comitibus fugiens ~~noctu incognitus cum paucis comi~~
~~tibus fugiens~~ scafusam abijt. Cardinalium nemo fuerat cõ
scius. Secuti sunt tamen postea plerique eorum sub specie re
ducendi reconciliandique qui cum nichil proficeret nun cõ
alij verentes constantiam redire. Johannes autem Bur
gundiam petere festinans iussu federici ducis per viam re
tentus Imperatori traditur. Timuit enim magnitudinem
rei federicus presertim quom per id factum Imperatorem si
mul et concilium in suam ruinam provocasset. Itaq̃ ex
protectore proditor factus reducere illum ac tradere consti
tuit. Non tamen Constantiam reductus est sed alia per
opida captivus detentus seu sponte seu invitus pontifica

tri se abdicarunt. lentum deinde negotium concilij fuit quom
et corrigere in ecclesia permulta ac tollere penitus scismata intere
tur. Vivebat enim adhuc Gregorius et Benedictus ambo
nuper in pisano concilio damnati. Gregorius in picentibus
constiterat et quamquam omnes populi preter paucula maleste
tarum oppida ab eo descivissent ipse tamen se pontificem nun
cupabat. Is ergo Constantiam misit seque penitus abdicavit.
Benedictus autem in hyspania consistens licet a cunctis
destitutus sua tamen se pertinatia tuebatur. Hic ergo rur
sum improbatus ac damnatus est. post multa concilij decre
ta et longi temporis moram ad creationem novi pontificis
intendentes cardinales et nationes singule ex auctoritate
concilij oddonem diaconem ad pontificatum delegerunt.
Is fuit natione romanus ex familia colunnensium vir an
tea nequaquam sagax existimatus sed benignus. In pontifica
tu tamen ita opinionem de se prius habitam redarguit ut
sagacitas quidem in eo summa benignitas vero non superflua
neque nimia reperiretur. Peracto demum concilio in Italiam
reversus per fines mediolanensium: mantuanorum: ferarien
sium: ravennatium: forolivensium Florentiam venit Bono
niam iratus que se per id tempus in libertatem vendica
rat. Florentie biennium fere resedit peroportuno loco ad rem
ecclesie componendam. Nam et cum Bracio qui ecclesie op
pida permulta occupaverat opitulantibus Florentinis concor
diam fecit illumque post hec fretus opera Bononiam redegit
in suam potestatem et ceteras urbes ubique recepit ex quo eius
plurimum crevit auctoritas. Per hec ipsa tempora Iohannes
qui depositus constantiensi fuerat concilio Florentiam venit.
Magna profecto res ac mirabilis de qua paulo supra
repetam pro eius cognitione. Iohannes post captivitatem
illam et abdicationem in Bavaria carcere servabatur. Erat
autem scrupulus quidem apud multos quoniam depositio
abdicatioque illius violenta fuerat ne non vere subsisteret.
quod si illa dubia Martini quoque electio in ambiguum veni

Oddo de Colupna creatus papa

Prudencia Martini pape

Martinus in Italiam venit

Martinus residet Florencie

Braçius de Montone

ebat quoniam non vacanti ecclesie provideri de novo pastore
non potuerit. ob hunc timorem Martinus et simul ne germa
nie principes hoc habentes dolum per eam occasionem aliquid
quandoque molirentur redimendum Iohannem et in Italiam
reducendum providit. Igitur per hunc modum exemptus
carcere quom in galliam pervenisset consilio Martini cognito
(id erat ut Martini perpetuo carcere teneretur) antequam Mantu
am veniret rursus aufugiens in ligures abijt. Ibi quom esset
liber ac sui iuris sive conscientia ductus sive quod despera
bat aliquid proficere posse sponte sua venit Florentiam et sese
pedibus Martini subiciens eum ut pontificem verum et uni
cum recognovit. In adventu eius tota civitas obviam profu
sa multis lacrimis et incredibili commiseratione respexit ho
minem et tante dignitatis fastigio in tantas calamitates
prolapsum. Ipse quoque miserabili prope habitu incedebat. His
omnibus commiseratio populi augebatur. Susceptus a Mar
tino tandem intercessione civitatis primus cardinalis ef
ficitur nec annum integrum superstes e vita migravit. Mar
tinus autem pace cum Bracio facta cum et oppida rece
pisset ac omnia pacata videret Romam petere constituit.
Nec satis benivolo erga Florentinos animo decedere cre
debatur carminibus quibusdam que de se vulgo circumfe
rebantur infensus. Memini me non multis diebus ante
quam obiret Martinus in cubiculo eius fuisse quom unus aut
alter cubiculariorum adessent preterea nemo. Ambulabat
ille de bibliotheca ad fenestram que ortus despicit. Quom
aliquot spacia tacitus confecisset deflexit e vestigio iter ad me
quomque proximus se admovisset porrecto in me vultu brachio
que molliter elato Martinus inquit papa quadrantem non
valet. Atque ego statim verba illa recognoscere (erat enim can
tilena que de illo dicebatur) quid est inquam. num ad aures
quoque tuas hec puerorum nuge pervenerunt. Ille vero ni
chil ad hec sed e vestigio eodem consistens iterato subiun
xit Martinus papa quadrantem non valet. Tunc ego
manifestius deprehensa illius infensione animi (retractabat

Quid cogitavit Martinus de Iohannis relaxatione

Io. Florenciam venit et ibi Martinum in verum papam recognovit

Io. e vita migravit

Martinus Romam petit

d. leonar. de Martino publicis carminibus in eum factis a florentinis

L. d. Leonardus ad papam

enim verba de se vulgo cantata) statim si qua possem pro civitatis ho
nore vulneri eius mederi. itaque hec dixi. Quoniam alia inquam civitas
Beatissime pater tibi et romane sedi tantas commoditates utili
tatesque attulerit quantas dum in ea resedisti Florentia contu
lit nihil gloriosius quam pontificatus iste tuus reperiri poterit.
Venisti Florentiam quoniam nihil temporalis dominii posside
res occupatis ubique per adversarios Bononia quoque parere
abnuente ut tibi necessarium fuerit quoniam ex Ferraria Flore
tiam venire velles per Ravennatem et Forolivensem agrum
longo ambitu iter deflectere. Te Florentie commorante et cete
ra oppida in potestatem tuam redierunt et Bononia ipsa quam
prius extulerat cervicem submisit. Contulit vero ad hec
plurimum opportunitatis huius urbis propterea quod Braccius ami
citiam fidemque Florentini populi secutus ad te venire non
dubitavit et intercedente civitate discordias omnes compo
nere atque oppida reddere. Illiusque tu postmodum fretus
opera Bononiam tibi parere vi adhibita compulisti ut lon
ge lateque nunc tua potentia diceretur. Te insuper Florentie com
morante quoniam prospera ubique de te ac de loco tue residen
tie afferrentur cardinales in Hispania deserto Benedic
to hunc ipsum locum advenientes te ut verum atque unicum
pontificem recognoverunt. quo facto tres obedientie di
dum seperate in te uno conglutinate sunt. Ad hec duo incre
menta hoc in loco suscepta tertium illud prestantissimum excelle
tissimumque omnium felicitate mirabili cumulatur quod qui du
dum fuerat Iohannes pontifex declaratus depositione propter
vim adhibitam multi dubitabant et scrupulus quidam
relinquebatur in mentibus securitate atque fiducia huius
loci Florentiam venit tibique se sponte sua subiecit ac domi
num et pontificem verissimum recognovit quo facto omnis
penitus est scrupulus ambiguitasque sublata. Neque enim
de vi illa adhibita sollicitus quisquam esse potest cum ipsius volun
taria in loco sibi tutissimo sit conspecta subiectio. Et accessit
quod paulo quam paulo post defunctus est ut et admiratio et
querela et ut ita dixerim fortune ludibrium tolleretur. Il

lud certe constat nullo alio loco illum ad te venturum fuisse nisi
in hac urbe in qua permagnas amicitias privatim et publice
se habere sentiebat. Hec sunt pro quibus gratiam tuam Flore
tia meretur civitas vel oportunitate vel obsequio vel auspicio
tanta pontificatui tuo super accesserunt incrementa. Nam pu
erilibus quidem geniis aures admonere et quid etas illa lo
quatur attendere vix tue videtur gravitatis. Martinus autem
hec audiens letari admodum visus est meque palam multis
verbis laudavit ac verissima dicere consensit. Quanti vero
fecisset verba mea paulo post ostendit. Nam quoniam abire sta
tuisset vocato ad se Florentinorum magistratu valde inquit
obligor huic civitati. Cognosco enim quod multa prospera in
illa et per illam mihi contigerunt deinde illa ipsa enume
rans eodem ordine quo a me dicta fuerant cuncta recensuit.
Florentia tandem abiens Martinus Romam se contulit ibique — Martinus Romam pergit
aliquot annos beate regnavit. precipue tamen post Bracii
mortem eius crevit potentia. Braccius ipse magnus profecto — de claritate Braccii
vir fuit. Nam et dux rei militaris peritissimus habebatur
et magnitudine animi consilioque pollebat et aderat ei ad
umbrata quedam civili moderatione honestas. Hic ex op
pido Montone perusini agri nobilibus admodum paren — Braccius notabilis
tibus ortus statim ab adulescentia rei militari se tradidit
multisque vulneribus atque laboribus peritiam tandem atque
auctoritatem boni ducis est assecutus. Exulabat per id tem
pus perusina nobilitas fere omnis inter quos Braccius licet
admodum iuvenis consilio tamen et auctoritate princeps
habebatur. demumque varia militia per Italiam acta multisque
rebus gestis in id potentie auctoritatisque accreverat ut pe
rusinos diverse factionis qui domi erant vi et armis com
pulerit nobilitatem recipere. Ipse vero dominus perusine — Potentia Braccii
urbis a populo simul et nobilitate delectus. Hinc ille ma
gnificentius vires extendere cepit ac multas subinde urbes
sibi subicere ut quoniam venit Florentiam pontifex hic plu
rima possideret. Inita deinde cum Martino concordia quorundam
oppidorum partem dimisisset partem concedente Martino

retineret non diu tamen in ea perseveravit. Erat per idem tempus Sforcia magnus et ipse profecto vir et in quo rei militaris peritiam alii maiorem esse quam in Bracio alii parem existimabant. Hic quoque multas ac magnas res gesserat et per omnes militie gradus ad summe atque glorie culmen ascenderat. Inter hunc et Bracium amicitia tam diu fuit quamdiu minores utrique fuerunt. Auctos vero atque potentes emulatio irritavit atque contentio. Itaque et prelia non numquam inter se commiscere et quom inflammati plurimum essent animi ad certamen Sforcia in transitu fluminis piscarie summersus periit. Et Bracius paulo post quom Aquilam urbem obsideret Martino copias suas amicorumque ad liberandam obsidione urbem summittente preter spem omnium profligatur atque occiditur. Florentini per hoc tempus bellum resumpserant adversus Philippum ducem Mediolanensium. Creverat enim ille ac vires paternas mirabili quadam felicitate resumpserat et addiderat ad paternam dominationem Genuam urbem. Quom ergo iam terra marique formidabilis esset ac magnos duces magnumque equitatum haberet et circa Forumlivii Imolamque se inserere videretur susceptum adversus eum est bellum missaeque a Florentinis copie apud Sagonatam profligantur. Philippi autem duces post victoriam multa loca Florentine ditionis per Apennini montem occuparant. Adversus hunc tumultum in dies crescentem Oddo Bracii filius puer adhuc sub gubernatione atque cura Nicolai Picinini cum magna paternorum equitum manu conducitur. Qui Aretium primo mox in agrum Mugellanum traducti hostiles impetus repressere cursumque eorum victorie retardarunt. Sed post multa atque egregia belli opera quom tandem in saltus difficiles se coniecissent circa Monam flumen profligantur captusque Nicolaus Picininus Faventiam ducitur. Nam Oddo in ipsa profligatione vulneratus obierat. Hinc Naclare civitates res iterato cepere et in magno esse metu. Sed accidit per commode de Picinini captivitate, quoniam Faventinum dominum in annis minoribus ipse erat ad nos traxit conditionibus melioribus

melioribusque oblatis. Itaque secuta nox estate belli omnis impetus ad Faventiam consistit. Copie Florentini populi intra urbem Faventiam consistit. Copie Florentini populi intra urbem Faventiam adversariorum autem copie longe maiores ad Imolam Forumque Livii circumque ea loca degebant: preliaque per crebra quotidie gerebantur ad ipsas prope Faventie portas. Demum Faventia eo anno murus nostre civitatis fuit. Nec enim dubium erat quin omnis impetus belli Florentia in menia recasurus fuisset nisi Faventia obstitisset. Post longum certamen in agrum tandem Aretinum impetus belli redactus est ex huiusmodi causa. Magistratus qui pro Florentino populo Anglare oppidum gubernabat sperans sibi licitum fore si ab ea parte turbationes concitarentur burgenses quietos homines nec hostile quicquam molientes hostiliter ipse invasit vastatisque infeste agris ac prede expositis summis iniuriis eos affecit. Illi tam insigniter lesi nulla fuit mora quin copias hostium ad se convocarent. He copie quom eo venissent cuncta circum Anglare ferro igneque populavit et copias Florentini populi sub ipso oppido stantes perfregerunt. Per hunc modum belli certamen et impetus ex Faventino agro in Aretinum redigitur. Nicolaus Piciminus per hunc tumultum in Aretinos tractus non satis bono animo esse videbatur et predicabat obsequia sua nequaquam grate a Florentinis esse suscepta. Tempus stipendiorum vero suorum ad finem devenisse se iam alia sibi cogitare. Hec ab eo palam iactata interpretabantur homines quasi vellet ille consueto hoc militantium more stipendia augere et vulgo iactabant ab amicis eius qui non pauci Florentie nec impotentes erant hanc viam ostensam illi quo maiora consequeretur. Ob hanc igitur opinionem nulla diligentia est adhibita quo retineretur. Sed cum stipendiorum venisse secedens in Cortonensem et Perusinum agrum paucis post diebus se ad stipendia Mediolanensis conductum ostendit subindeque coniunctus hostibus una cum illis in agrum Aretinum regressus Clusem et Castrum novum et Potenianum et quicquid castellorum est inter Bibienam et Aretium cepit. Hic tumultus plurimum turbavit

Sforcia

Sforcia summersus

Bracius occiditur

Florentini bellum [illegible] pro [illegible] duce [illegible]

Felicitas [illegible] duc[illegible]

Victoria [illegible] contra Florentinos

Oddo [illegible] sub gubernatione Nicolai Picinini pro Florentinis

Victoria [illegible] contra Nicolaum Picininum

Faventinus d. [illegible] cum Florentinis

Faventia Florentinis profuit

[illegible] contra Florentinos

Nicolaus Picininus [illegible] pro [illegible]

nostrorum mentes nec solum trepidare verum etiam diffidere spe
rareque coegit. Erat enim multitudo hostium ingens nostra au
tem propterea pauca insuper imparata et fracti videbantur. Quod
ergo nō immerito trepidaretur ad venetos respicere existima
tes illis quoque formidandum esse mediolanensis opes usque adeo
augeri. Nec falsa quidem erat existimatio formidabant enim
ac moleste ferebant cranensque illius propinquitatem futuram
putabant civitati sue. quibus rationibus ad societatem trahe
bantur. Philippus vero ubi hec tractari sensit ne coirent sim
ul civitates pacem obtulit Florentinis prelata est tamen Ve
netorum societas paci cum non satis credendum homines
arbitrabantur. post enim societatem contractam repente Brixi
am urbem Veneti invasere quare conterritus mediolanensis cō
festim revocavit ex etruria copias. Florentini quoque bifariam
partitis copiis earum partem unam in Galliam misere quo
Venetis iungerentur: aliam partem ad recuperanda castella
Aretini agri prius amissa retinuere. Et castella quidem illa
non sine difficultate recuperata sunt et in gallia prospere ges
tum est Brixiaque tota cum arabus in potestatem Venetorum
devenit pax deinde cum Mediolanensi facta in qua insuper
bergamum et opida quedam venetis dimisit. post vero inte
ro biennio decurso aliud rursum bellum renascitur longe peri
culosius quam primum. Fluxit vero ex huiusmodi causa. Nicolaus
Braci sororis filius cum aliqua equitum manu inter copias
Florentini populi per Galliam militaverat. Hic finito bello
in etruriam reversus quoniam ad ceterorum exemplar stipen
dia utporte recepta pace sibi minuerentur non tulit ille qui
dem neque assensus est sed per id ipsum tempus maiores si
bi copias parare contendit et vulgabatur illum in Umbra
quoniam inde sibi origo foret aliquid moliturum. Quod
ergo ad aliquem modum actus iam esset repente in agrum
lucensem profectus regionem totam subita clade involvit
Lucensibus per id tempus dominabatur paulus guinisi
ius eratque cum illo pax Florentinus odia tamen subesse quam pro
ximo bello cum hoste sensisse ferebatur. Filium certe cum

Marginal notes (left margin):
phus pacē dedit florent.
renoput bello pt. antam
ffo 2 venetos
Brixia fit venetorum potestatis
devenit
Nicol. fils sororis braci
Nicol. ī stella 9 lucenses
paul. guinisi d. luce

equitatu ad eum miserat ea tamen exceptione ne adversus Flo
rentinos Venetosque bello gerendo adesset. Itaque et si ignara ci
vitate impetus qua opinione multi nostrorum his locis fin
itum ad predam direptionemque concurrerant ut iam non inte
gra res civitati sed cepta quodammodo videretur. prime enim
transgressores pre multitudine non licebat. Et simul multitu
do urbana mirabili ardore id bellum deposcebat. denique rejec
tis maioribus gravioribusque qui diversa suadebant concur
su multitudinis bellum suscipitur. quo facto statim per mul
ta lucensis agri castella sese Florentinis dedidere. Luca dein
de obsessa et aggere circumdata adeo vana spe ut sibi suade
rēt stulti quidam aqua per aggerem inundari posse. Id quod
sperare vanum esset et in longum obsidio traheretur veniens
denuum Franciscus Forcia filius lucam obsidione liberavit:
nostris bono consilio ad Vicopisane menia sponte sua se recipien
tibus hostes autem paulo post circa nebulam Arnum profec
ti pisanum oppugnarunt et bugianum menum ceperunt. Nec mul
to post ipse paulus guinisius qui luce dominabatur dolo suo
rum captus Mediolanum transmittitur. Franciscus autem
Forcia pecunia de Florentinis accepta lucam destituit. Rursus
ergo maiore in obsessa a Florentinis quoniam iam ad extremum
devenisset adventu Nicolai picinini obsessores profligantur.
missus Nicolai picinini et prius Francisci Sfortie a philippo
mediolanensi processerat. Ob eam rem resumptum fuerat ad
versus eum bellum flagitantibus Florentinis ut Veneti per
Galliam philippum adorirentur. Inter hec Senenses aperte
defecerunt a Florentinis iampridem infensi luce obsidione
per quam nimia crescendi ac maius dominandi cupiditas
deprendebatur ac suspecta iampridem illis erat civitatis po
tentia. picininus ergo pisanum Florentinumque agrum in
vadens non prius destitit quam a luca Senas usque sibi viam
aperuit ipseque eo profecto Staggiam obsedit Inde in aretinos
spe proditionis tractus quoniam detecta proditio esset castella
in iis subdita improvisaque in complura cepit. Hoc bellum
maxime attrivit Florentini populi opes ac in summum discri

Marginal notes (right margin):
florent. 9 lucenses bellū suscipiunt
Frans sforssia luca obsidione florentinorum liberavit
Nicol. picinin. luca ob obsidione liberat
R. sūpti bellū ī phyl. antam
Nicol. picinin. 9 florent.

88

Sigismundus imperator in Ytaliam

Equites philippi mediolanensis profligati a florentinis

Imperator ad Senas

Imperator Romam petiit

-men adduxit quom et ipse vix et anxie retente sint in potesta
te et omnia castella pisani Volaterranique agri fuerunt amissa
et in aretinis fluctuarent omnia et in Florentino etiam agro
castella quedam Senenses occupassent et intra urbem crebris
intolerabilibusque tributis cives exinaniti et erarium penitus
esset exhaustum querelarum itaque plena erant omnia ut
fieri solet in populo male succedentibus rebus. Nec quicquam
erat odibilius quam ii cives quorum opera bellum Lucense fue-
rat susceptum. per galliam quoque varia eius belli fortuna
modo Venetos modo Mediolanensem afflixit. Hoc fervente
bello Sigismundus imperator in italiam venit nec magnas
copias secum adduxit ut potentiam philippi Mediolanen-
sis potentia opibusque fundamenta sui transitus collocasset
In Gallia longiori mora per hiemem tracta quom Medio-
lanum primum deinde parmis descendisset tandem secuta mox
estate in etruriam transiit Ob eius adventum civitates erec-
tis animis vel timore vel spe suspense prestabant magnum
profecto aliquid molitur. Sed minuit eius autoritatem
quod iis ipsis diebus premissi equites philippi mediolanensis
magna strage ab equitibus Florentini populi sub toporio oppi-
do profligati sunt. qua nostri victoria elati ubi venisse in urbem
lucam imperatorem cognoverunt eo vadentes ad ipsas prope
portas posuerunt castra cunctaque circa urbem populati sunt
intus manente imperatore ac prohibere vastationem nequeun-
te. Hec res et iis qui erigebantur ob eius adventum fidu-
ciam eripuit et iis qui formidabant metum ademit post
hec in agrum Senensem traductis copiis quo illic quoque
vastarentur segetes. duces parum admodum circum ea
loca commorati cum Senensi in agro sibi deesse. itaque per eorum
absentiam imperator adeundi Senas facultatem nactus eo
festinavit. Senis aliquot menses commoratus tandem Romam
profectus est de pontificis voluntate. pontifex erat Eugeni-
us quartus natione Venetus qui Martino defuncto in pon-
tificatu successerat. Ab hoc imperatore solemniter coronatus
est. per hec ipsa tempora pax recepta est cum Mediolanensi ac

Eugenius IIII

bello finis impositus. per eam pacem omnia castella reddita
sunt Florentinis que in pisano volterranoque et Aretino agro
hostis cepisset. Hostibus quoque omnia castella lucensis agri
que primo ceperant Florentini reddidere. Imperator demum
Roma abiens per tudentinum et perusinum agrum profec-
tus Ariminum petiit. Inde per ravenatem ac ferariensem
et Mantuanum trans alpes abiit et quidem tanta vari-
etate vel animi vel fortune ut inimicissimus philippo medio-
lanensi abierit cuius favore atque opibus Italiam intrasset. Ve-
netorum autem quibus maxime inimicus venerat amicis-
simus recederet. Cum florentinis quod haec apud lucam gravit(er)
ab his offensus non inimico esse animo visus est. tempta-
vitque in recessu illo suo Florentiam venire sed non recipien-
te populo aliud iter secutus in germaniam rediit nec diu
supervixit. Nam triennio ferme post reditum eius in Vnga-
ria defunctus est. Hunc principem nos placentie primum
vidimus in congressu illo Iohannis romani pontificis et ali-
quis cum eo usum conversationemque habuimus dum laude Cre-
moneque consistimus. Postea vero constantie magis naturam
illius moresque conspeximus. Fuit autem procul dubio vir in-
clitus preclara facie corpore tum specioso tum robusto: magni-
tudine animi sive pace sive bello eximia: liberalitate vero
tanta ut hoc unum illi vitio daretur quod largiendo sibi ipsi fa-
cultates detraheret ad negotia bellaque subeunda. Huic suc-
cessit in imperio ac regno Vngarie Albertus dux austrie qui
nec ipse diu vixit. Sed hec postea facta sunt. Nos autem ad
nostra tempora revertamur. post eam pacem de qua supra
diximus Franciscus Sforcie filius qui cum equitatu apud
Mediolanensem militaverat per speciem alienande mili-
tie dimissus in picentes devenit. Ubi quom dedentia sese
oppida permulta suscepisset elatus successu iter in Apuliam
ab initio destinatum omittere statuit ac circum ea loca vires
extendere. Huius propinquitas Eugenium intra urbem
Romam trepidare coegit et accedebat terrorique Nicolaus
Bracii sororis filius qui modo sub eo pontifice militaverat

Imperator Ariminum ...

Imperator ...

Albertus dux austrie imperator et Rex post mortem Sigismundi

Franciscus Sforcia comes

Nicol. de Stella Rome ... ... bellum inferebat

alienatus atque infensus pontifici quasi eum opprimere dolo tem-
ptasset magno tumultu tibur occupaverat indeque bellum Ro-
me gravissimum inferebat. Intra urbem vero nichil sani ne-
que pacati videbatur. nec satis. Eugenii prospera fama prosec-
tum quia pontificatum tranquillissimum a Martino susceptum
ipse confestim magnis turbationibus involuisset. Concilium
perinde tempus Basilee cogebatur et abierant eo cardinales
quidam. Eugenius autem Rome consistens magnis vexa-
tionibus premebatur quibus tandem ex urbe Roma clam
fugere coactus mari pisas delatus indeque Florentiam veniens
aliquandiu in ea resedit. Hoc quoque in loco multa ab eodem
pontifex temptata haud satis quieti et paci congruentia. et
illud imprimis quod Bononienses iniret armis cogere in sua
imperia perrexit ex quo turbationes orte graves ac pene in
bella reditum Bononienses enim ab illo vexati mediolanen-
sis auxilia confestim vocavere copiisque hinc inde coactis
noster Venetorumque equitatus pontifici concessus. non longe
ab Imola urbe a Picinino profligatur duxque copiarum Flo-
rentini populi Tollentinas Mediolanum captivus trans-
mittitur. Florentie quoque per hoc ipsum tempus vehemens in
re publica mutatio fuit reductoque Cosma medice et agna-
tis qui superiore anno fuerant expulsi diversa factio satis
magno numero in exilium agitur. Concordia deinde inter
Eugenium et philippum mediolanensem secuta Imolaque
et alia quedam flaminie oppida pontifici restituta. stabilita
quoque pax iterum cum Florentinis et Venetis inita confe-
deratione in qua Veneti et mediolanensis et Florentini com-
prensi sunt eo pacto ut si quis eorum alterum offenderet
ceteri omnes adiuvare eam partem que offensa foret tene-
rentur. Hec et solenniter facta et plena maxime spei dura-
tionem minimam habuere. Nam quom haud multo post
Genua que sub imperio Mediolanensis erat ab eo defecis-
set Florentini et Veneti usque adeo grate id susceperunt ut
non abstinerent. Et sane potentia mediolanensis eximia et
animus extendendi imperii cupidus infidam ac suspiciosam

[Margin:] Basilien(se) consilium
[Margin:] Eugenius aufugit a Roma clam
[Margin:] Capitaneus q(ui) ducebat p(ro) [illegible] profligat(ur) a Nicol(ao) picinino
[Margin:] Cosma de medicis reducit(ur)
[Margin:] Pax int(er) ph(ilippu)m et eug(enium). Flore(ntinos) et Vene(tos)

suspiciosam confederationem reddiderant. Causa vero rerum no-
varum genuensibus fuit quod cum Aragonum regem non pro-
cul geta navali prelio superatum cum duobus fratribus ac
magna procerum multitudine cepissent dux Mediolanensis
eum regem fratresque Mediolanum traductos humanissime
suscepit ac liberalissime dimisit. Mirabili certe magnificentia
fretus in duobus simul regibus ac tot proceribus liberan-
dis. Sed ea liberalitas amittende Genuam causa fuit. Genu-
enses enim usque adeo indigne tulerunt regem sibi inimicum
absque ullo sui respectu esse dimissum ut mediolanensis iugo re-
pulso in libertatem se vindicarent. Florentini vero et annona
primum et mox auxiliis militum eos iuvarunt per ipsum fere tem-
pus Basilica Florentina ab Eugenio papa solemniter dedi-
cata fuit. cuius rei causa pons ligneus incredibili celeritate
ac mirabili opere edificatus est ab ecclesia predicatorum ubi
pontifex habitabat ad ipsam Basilicam que erat dedicanda.
Is vero pons non solum ad magnificentiam pertinuit verum
etiam ad necessitatem. Tantus enim in ipsa dedicationis die concur-
sus hominum fuit ex agro ac finitimis oppidis et ex ipsa mul-
titudine urbana ut complerentur omnes aditus omnesque vie
nec pontifex cum suis cardinalibus et prelatis transire usque
pre nimia turba potuisset nisi pons ad hoc ipsum super vec-
tus viam eis prebuisset. Incepit autem is pons a porta ipsa
ecclesie predicatorum inde novam plateam secans usque ad
caput vie que ducit ad ecclesiam sancte Marie maioris per
que ipsam viam ubique continuato ponte usque ad templum Bap-
tiste proximamque subinde Basilicam pervenit. Erat vero
latitudo pontis circiter brachiorum quattuor pedesque lignei
substentabant tigna. super iis vero tabulata erant. A lateribus
vero columne paribus inter se distantes spaciis insurgebant
in altitudinem brachiorum septem. He ad pavimenti tigna
infixe aliis rursus excelsioribus tignis in extrema altitudine
vinciebantur. Super iis vela erant quibus pons tegebatur
universus cum papilionibus utrinque pendentibus pannorum
rursus ab utroque latere usque ad zonam hominis velis

[Margin:] Causa p(ro)p(ter) q(u)am [illegible] p(er)didit Genua(m)
[Margin:] Basilica florentina dedicat(ur) ab Eugenio
[Margin:] Pons factus Floren(tie) p(ro) dedicatione basilice

erat minutus. per hunc pontem incedens pontifex magna et ipse pompa magnoque ornatu cum omnium cardinalium platorumque multitudine ad basilicam peruenit spectante popu lo de inferiore loco et tantum pontis ornatum ac tam uene rabilem pompam cum letitia intuente. Haud multo post dedicationem hanc Eugenius Bononiam se transtulit re cepta iam pridem ea ciuitate post Mediolanensis confede rationem. Luca deinde rursus obsessa est a Florentinis. Ex huiuscemodi causa uenerant in agrum lucensem per magne equitum copie philippi mediolanensis ducebat autem eas copias picininus petebatque a Florentinis ut pacate sibi tran sire in Senensium fines liceret. Florentini autem suspicantes fraudem aliquam subesse transitum negauerunt ac ne for te in transire adoriretur Franciscum Sfortiam celeriter uoca tum erat enim Venetorum Florentinorumque miles dux uen ientibus opposuerunt. Initium hiemis erat quom hec facta sunt statimque est per uniuersam hiemem ambigua pace cum a nostris fines agri Florentini pisanique defenderetur: ab hos tibus uero circum ea loca desidentibus suspicionem magis quam apertum inferretur bellum. Serezanam tamen et alia quedam lucensis agri castella per eam hiemem ceperunt hostes et duo parua loca in agro pisano ad extremum occu parunt. Transacta demum hieme nostros maiori apparatu pisis egressos non expectauerunt hostes. Erant enim afflic ti longa hiemis militia sed trans apenninum abeuntes in galliam se receperunt. Nostri uero receptis omnibus castel lis primo amissis quando quidem materia deerat belli lucenses inuadere constituerunt eis succensentes quod hostibus auxilia prestitissent quodque eos commeatu ceterisque rebus que sunt ad usum belli substentassent. Itaque contra lucenses uersis signis cuncta ferme eorum castella ceperunt: et Lucam ipsam obsederunt ut parua admodum uel nulla spes euasionis superesse uideretur. Nam hostium copie per superiorem hiemem diutius in agro lucensi commorate omne quasi frumentum eius urbis consumpserant. noua autem frumenta prius quam maturescerent nostri uastarent. Quare in extremo constitu ta ciuitas frumenti defectu peritura uidebatur. Nutriebat tamen eorum spem Nicolaus picininus qui se uenturum ad obsidionem soluendam minitabatur et apparatus quosdam ad ostentationem faciebat. Ceteri socii magis quam hostes lucae pro fuerunt. Veneti quidem antiqui socii et Ianuenses nuper in societatem recepti ad alia uocantes bis aut ter obsidionem in terruperunt quom alias ponteuinulum alias contra parmam dux et copie traducerentur. Id Florentini perindigne fereb ant atque ita alienationes quedam animorum exorte sunt Flo rentinos et Venetos iactabantque permulti Venetis non place re ut Luca in Florentini populi deueniret potestatem. Ea suspi cio paulatim subcrescente diuidende societatis causa fuit pre sertim postquam dux copiarum transire padum recusanti dene gata penitus stipendia fuerunt a Venetis. Tunc enim quasi deficiente societatis fide Franciscus Sfortia de reconciliatione cum Mediolanensi cogitare cepit. Florentini autem quo se uerterent nesciebant. Venerat enim picininus cum magnis copiis per Flaminiam usque ad forum populii quasi uidem in et ruriam transiturus. Veneti autem spectatores sedebant ociosi. Oratores nostri Venetis missi non audiebantur. Ita cogente ne cessitate Florentini reconciliationem secuti sunt et cum Lucen sibus pax ea conditione recepta ut obsidio luce solueretur cas tella uero que ceperat Florentinus retineret. His peractis picininus statim retro conuersus forum liuii et imolam et Bononiam occupauit. Inde in Venetos transiens omnes bel li clades quas Florentinis inferre parauerat contra illos exercuit multisque oppidis Venetorum captis tandem Brixi am obsedit atque ita oppugnauit ut menia urbis crebro tormen torum pulsu quibusdam locis euerterentur. Hec omnia mi rabili celeritate picininus effecerat. proxima deinde hieme Eugenius papa Florentiam rediit adduciens secum Impera torem grecorum. Quibus de rebus altius resumpto princi pio est a nobis dicendum. Eugenius enim quom Florentia Bononiam se contulisset de unione grecorum agitare cepit

Margin notes:

Luca obsessa [illegible] a florentinis

Veneti [illegible] facta florentinis [illegible]

Franc. Sfor. [illegible] Mediolanensi

Florenti[ni] soluunt obsidionem luce

Nicol. picininus [illegible] Venetos

Eug. in Ferraria ad cong.m greci

Nota primus huiusce rei mentio fuerat in concilio Basiliensi dei-
de ab Eugenio recepta procuratio est; quo Basiliensis concilij
permoti quoniam ad eum venire locum in quo papa et conci-
lium foret spopondissent in dicto a pontifice apud Ferrariam
altero concilio quoniam illuc pontifex quoque accessisset grecos
eo pertraxit. Venerant enim iam Venetias greci qui etsi ab
initio ambigui starent propter Basiliensium pontifici-
sque discordias preter eorum spem apud nostros repertos;
tamen mani pontificis ad extremum secuti Ferrariam se ad
pontificem contulere. Aliquot mensibus negotium uni-
onis Ferrarie agitatum quoniam esset superveniente morbo
tum peste greci una cum pontifice Florentiam se transtu-
lere receptique benigne post aliquot menses quam Florentiam
venerant unitatem demum et concordiam inire sub-
latis quibusdam circa fidem erroribus. Erat autem nume-
rus grecorum qui Florentiam venerant supra quingen-
tos. In his vero Imperator et frater eius germanus et
patriarcha constantinopolitanus simulque archiepiscopi et
prelati multique cum imperatore proceres secularesque viri
grece viri ac litterarum non sacrarum modo verum etiam
gentilium bene periti. Florentie dum essent greci redin-
tegratio federis noviter facta est inter Florentinos et Ve-
netos. Picininus enim post Brixeum oppugnatam trans-
gressus athesim flumen circa Veronam et Vicentiam ter-
ribilis imminebat. Capto ligato ac ceteris ferme omnibus
illarum partium oppidis nullum remedium fore videba-
tur quin pathavinum usque cuncta pervaderet. Hec pericu-
la Venetos permoverunt ad Florentinorum societatem quam
paulo ante spreverant repetendam. Florentini quoque non
inviti in societatem redierunt existimantes si delete foret
Venetorum opes nequaquam ad se victorem temperaturum. Ita
communio rursus fit inter Venetos et Florentinos Francis-
cusque Sforcia dux cum magnis copiis opera Florentinorum
in Venetos transgressus cursum victoriarum hostilium
omnino repressit eorumque copias omnes trans athesim

Renovatio federis inter Florentinos et Venetos

Fran. Sfor. Comes. Victor contra [illegible]
Nicol. picin.

expulit. secuta deinde permulta ac preclara et circa Vincenti-
am et circa Verone recuperationem que particulariter re-
ferre contra propositum esset nostrum quoniam summam tan-
tum rerum notemus non hystoriam describamus. Per
hec ipsum tempus a Basilea nuntiabatur concilium quod
ibi diutius fuerat privato Eugenio alterum pontificem
creavisse. Amadeum Sabaudie ducem. id admirabile cun-
ctis videbatur tanti fastigij principem dubio papatui se one-
rare voluisse quoniam etiam certus papatus magna servitus
sit existimanda. Nos que sequentur videbimus. Quo-
niam per Etruriam quies esset a bello omnisque hominum cura in
Galliam esset conversa Nicolaus Picininus in medio fervo-
re gallici belli relicta gallia magnas suorum copias in etruria
rapuit quoniamque transmisso apennino in agrum mugel-
lanum descendisset magnum terrorem intulit nostris ag-
mina suorum latrocinantium rivi usque prope ad conspec-
tum urbis discurrebant. Feda trepidatione et fuga circum
urbem complebantur omnia. Intra urbem vero magne
suspiciones erant tum quod infima plebs caritate annone pre-
mebatur; tum etiam quod presenti rei publice statu non omnes
pariter cives gaudebant. Erat vero tota urbs plena colo-
norum et agricolarum cum coniugibus et liberis ac rap-
ta ex hostibus supellectile fugientium bovesque et pecora
eius omnes urbis compleverant. In hoc ergo tumultu de-
cem viri iterum creatus sum ad curam belli gerendi. Gesse-
ram enim superiori estate eundem magistratum per id
tempus quo reconciliatio facta est inter Florentinos et Vene-
tos. Sed premente civitatem maximo discrimine ob repen-
tinum hostium adventum rursus decreto populi Floren-
tini decemvir creatus sum cum quibusdam prestantissi-
mis viris. Neque enim tunc imminens periculum medio-
cres homines deposcebat sed qui tantarum rerum molem
perferre animo et gubernare consilio idonei essent. propte-
rea dedita opera est ut quam fieri posset optimi sumerentur
hostes quoniam aliquot dies circa politianum stetissent. tan-

AMEDEUS SAB. D.
PONTIFEX CREATUS

Nicol. picinin. in etruria

dem ex mugelano in casentinatem transierunt quod quidē eorum factum mentes nostras valde sublevavit. Formida bamus enim ne per marinam flumen ductis copijs inter pratum et Florentiam descenderent ubi et cōmeatum habere potuissent et impedire transmissionem frumenti qđ a pisis atque Emporio Florentiam vehebatur. Nam et certa quoque pe ricula frumenti indigentia per id tempus accesserat. Piccin nus igitur sive non intellexit sive non ausus fuerit hac opportu nitate relicta in casentinatem duxit loca montana et salt osa et remotiora ab urbe qua quidem in re secutus est ut putavit consilium et suasionem Francisci comitis puppij secreto illum vocātis. Ubi ergo in casentinatem pervenit bibienam et romenam cepit et Francisci comes cum pup pio ceterisque castellis suis ad eum defecit cōmeatusque adi ınt. Inde ad castellum sancti Nicolai positis castris men se vero integro circa illud desedit. Postque vero id quoque su scepit rossinam consistit. Nos per hec tempus castellum sancti Nicolai paulo ante amissum recepimus que quidē res adversariorum mentes plurimum fregit mirumque visum enim castellum quod ipsi tormentis et machinis mx imo mēse integro expugnaverant recuperatum a nobis in tra paucos dies obstupescebant. Tamque ex hinc nostri meli ore spe illi deteriore ceperunt esse. Inter hec Florentinis auxilia supervenerunt ex gallia equites ad septingentos ex agro totidem quos ducebat michelettus ex flaminia p. r. p. missimus cum aliqua manu redierat pedites vero conduxe erat civitas super quattuor milia expectabantur preterea Eugenij copie. Erant vero he supra duo milia equitum que quom circa aretium se nostris coniunxissent vaticinaturi ac resistere parati ad Anglare oppidum duxerunt. Nam piccininus suscepta in deditionem rassena ad burgum dux erat. Itaque illis in locis nostre copie hostibus opposite con sistere Non prosequar singulos actus. Nam id quidem ut sepius iam diximus historie foret. piccininus Burgum tenebat inde tifernum occupare temptavit mox pervixit

: adijt eamque :

adijt eamque urbem celeriter in suos favores convertit. postea cortonam per proditionem capere nixus est. Hec oīa celeri ter admodum fecit Inde ad nostros reversus inter tifernum et Burgum cū exercitu consistit. Nostri hostium presentiam veriti castra que prius erant longius ad ipsa Anglaris menia coniunxerunt. Ea significatio timoris audaciam piccinino ad auxit. Itaque non multis post hec diebus repente supervenienſ totis copijs nostros invasit. Diverse admodum nostros iu abant. una qđ sub ipō oppido prelium cōmittebatur loco per cōmodo sibi hostibus adverso altera quod hostes ex castris suis armati venientes per maximos calores ipsi et equi defes si prelium inibant nostri recentes et tunc primū sumptis armis equisque prelabantur. Itaque tandem superatus piccin nus omnes fere copias amisit. Ipse vix et anxie ad Burg um se cum paucis recepit. Vexilla omnia exercitus hostium a nostris capta et Florentiam relata preterea tentoria et cetera oīa que in hostium castris nostri cepere. Ex equitibus autē hostium pauca admodum evaserunt. Capti sunt etiam ex Burgensibus supra mille ducentos qui fiduciam piccinini se cuti quem victorem fore haud dubie credebant popula riter exierant in nostros. Sed q alios capere sperabant ipsi capti sunt. demumque hec maxiā fuit victoria finem bello im positura si nostri sequi eum voluissent. Sed nec dux erat cui is cui omnes parerent nec militum cunctorum idem animus. Itaque ad Burgum ducere et piccininum circūsedere deferen tes spacium abeundi illi dederunt. Tertia demū post pug nam die profecti quom ille iam abijsset ad Burgum dux ere Burgumque ipsum et Montercium et valiam in dedi tioēm ceperunt. Fuit autem hec victoria apud Anglare oppi dum parta tertio kalen Iulij quadragesimo anno supra mille quadrigentos. post hec nos cum alia militum manu bibienam et romenam ac cetera prius amissa facile recuperavimus. castella vero q comitum fuerant ceterasque artes per casentina obsideri fecimus maximum tamen circa puppium fuit certa men. oppidum enim nobile natura manuque munitum et de

Multa in etruria op[pi]da Picininus occupavit

Picininus invasit Florentinos

Picininus superatus a Florentinis

93

fensoribus plenum haud facile expugnabatur nisi defectus rei
frumentarie nos adiuvisset. Pupienses enim iubente domi
no frumentum ex veteris piçinino et sing[ulis] tradiderant. nova
autem frumenta per bellum et obsidionem colligere non po
tuerant. Ita deficiente spe puppium deditur. Leonimum cum
ingiario cum battifolle et prato veteri ceteris omnibus castellis
que comitum fuerant in potestatem nostram venerunt. Toti
demque casentinum quod prius numquam fuerat imperio Floren
tini populi in magistratu nostro subiecimus. Ita ex turbulen
tissima tempestate qua creati fueramus res prospere leteque
sunt ad extremum secute cum ingenti gloria et exaltatione
civitatis.

DEO. GRATIAS.

HUNC LIBRUM SCRIPSI P. D. LUDO[vico]
DE FALCONE

Leonardi Aretini de studiis litterarum opus ad illustrem dominam
Batistam de Malatestis :...

COMPULSUS. CREB
RO. RUMORE. ADMI
rabilium virtutum tuarum scribe
re ad te constitui. ut ingenio illi de
quo tam ampla magnificaque audis
sem vel gratularer iam perfectionem
consecuto vel certe ad eam consequen
dam per meas litteras cohortarer. Neque enim desunt mihi claris
simarum mulierum exempla: quae et literis et studiis. et
eloquentia claruerunt per quarum commemorationem te provo
care ad excellentiam possim. Siquidem Cornelie Scipionis Affri
cani filie multa secula post eius mortem extabant epistole elegan
tissimo stilo perscriptae. Et saphos poemata et libri summo in ho
nore apud graecos propter singularem facundiam et scribendi artem
habiti sunt. Aspasia quoque per socratis tempora fuit doctissima
quedam mulier et eloquentia litterisque praeccellens. a qua socratem
philosophum tantum se quedam didicisse non pudeat. Fue
runt et alie: quas referre possum. Sed tibi hec tria satis esto
famosissimarum foeminarum exempla retulisse. Ad illarum
igitur praesentiam quaeso mentem erige atque extolle. Tantam
enim intellegentiam ac tam singulare ingenium nec frustra
tibi datum nec mediocribus contentum esse decet. Sed ad summa
spectare atque adniti. Et tua quidem laus illustrior erit quam illarum
fuit propterea quod illae iis saeculis floruere in quibus eruditorum
hominum magna superat copia: ut multitudo ipsa minueret
admirationem. Tu autem his temporibus florebis in quibus usque adeo
prolapsa studia sunt ut mirabili iam loco habeat videre virum
ne dum foeminam eruditum. eruditionem autem intelligo non
vulgarem istam et perturbatam quali utuntur ii qui nunc theologiam
profitentur sed legitimam illam et ingenuam quae litterarum
peritiam cum rerum scientia coniungit. Qualis in lactantio

De mulieribus que claruerunt [illegible]
Cornelia scip. affr. filia elegantissima
Saphos poeta
Aspasia
Quis proprie erudit[us]
Lactantio

firmiano qualis in Aurelio Augustino: qualis in Ieronimo
fuit summus profecto theologus ac perfectus in litteratura uir.
Nunc uero qui eam scientiam profitentur pudendum est quam parum
sciant litterarum. Atque ego licet non ea qua uolui ianua ingressus
sim prosequar tamen sermonem non quo te doceam aut dirigam puto
enim te non indigere sed quo tibi quid ipse sentiam innotescat.
Hominum quidem ad excellentiam illam ad quam nunc te uo
co contendenti imprimis necessariam puto non exiguam neque
uulgarem: sed magnam et attritam et accuratam et recon
ditam litterarum peritiam: sine quo fundamento nihil altum neque
magnificum sibi edificare quisque potest. Nam neque doctorum
hominum scripta satis conspicue intelliget: qui non ista fuerit
peritia eruditus. nec ipse si quid litteris mandabit poterit non ri
diculus existimari. Ad hanc autem comparandam et preceptio ualet
tamen nostra magis multo diligentia atque cura. Et de preceptione
quidem nunc quoque attinet dicere. Quis enim nesciat ante omnia tinctum
esse oportere ingenium et quasi imbutum preceptoris opera:
ut non solum partes structuramque earum: sed et minutiora
illa ac uelut elementa orationis agnoscat. Verum hec tam
quam somniantes a pueritia capimus postea uero ad maio
ra prouecti nescio quomodo hec ipsa ad os reuocamus
et quasi ruminamus ut tunc demum illorum succus saporque
uerus exprimatur. Est aliud preceptionis genus robustius
nec tam pueris quam adultis proficuum eorum scilicet qui grammatici
appellantur: qui longo labore singula persequuti disciplinam
quandam litterarum effecerunt. Quo in genere Seruius honoratus
et Priscianus Caesariensis haberi possunt. Sed enim mihi crede
de superat et uincat diligentia nostra. Hec enim non uerba so
lum et sillabas. sed tropos et figuras et omnem ornatum
pulchritudinemque orationis aperit nobis atque euoluit. Ab hac
informamur ac uelut instituimur: denique per hanc multa
discimus quae doceri a preceptore uix possunt sonum elegan
tiam concinnitatem uenustatem. Caput uero huius diligen
tie fuerit uidere primum ut in eorum tantum librorum qui
ab optimis probatissimisque latinae linguae auctoribus scrip

Cicero

ti sunt lectione uersemur. ab imperitis uero ineleganterque scriptis
ita caueamus quasi a calamitate quadam et labe ingenii nostri
fugiunt. Nam imperitorum scriptorum lectio uitia sua lectori affigit et
mentem simili coinquinat tabe. Est enim uelut pabulum animi: quo
mens imbuitur. Quobrem ut ii qui stomachi curam habent non
quemuis cibum illi infundunt. ita qui sinceritatem animi conserua
re uolet non quamuis lectionem illi permittet. Erit igitur prima diligen
tia ut nihil nisi optimum probatissimumque legamus. Secunda
uero ut hec ipsa optima probatissimaque acri studio adsciscamus. Vide
at legens quo quidque loco sit positum quid designent singula et quid
ualeant. nec maiora tantum: sed minutiora discutiat. Quomodoque
plures sint orationis partes quae sit una quaque discola cognoscet.
Consuetudinem certe et usum illorum ab iis quos leget auctori
bus reportabit. Sive igitur sacris delectabitur mulier sanctitatem in
litteris seruatura Augustinum sibi assumet et Ieronymum et si
qui sunt alii non dissimiles ut Ambrosius ut Ciprianus car
taginensis. Maxime uero inter omnes quicumque de christiana religione umquam
scripserunt eminet et excellit nitore quodam et copia Lactantius
Firmianus. uir omnium christianorum procul dubio eloquentissimus
cuius facundia et dicendi figura ingenium illud de quo lo
quor preclare instituere atque alere potest. probo autem huius ma
xime libros quos aduersus falsam religionem conscripsit. Item quos
de ira dei et de opificio hominis: quos lege queso si litteras
amas eorumque suauitate quasi ambrosia et nectare imbuaris. Si
qua preterea uel de gregorio nazazeno uel de Iohanne chrisostomo
uel de magno Basilio grecis doctoribus translata sunt. ea le
gas censeo modo qui traduxerit in latinum conuerterit non autem per
uerterit. Sive secularibus delectetur Tullium arripiet: quem
uirum deus immortalis quanta facundia. quanta copia. quam perfectum in lit
teris: quam in omni genere laudis singularem. Proximus huic Virgilius
erit decus ac delicie litterarum nostrarum. Livius deinde et Salus
tius et alii poete et scriptores suo ordine subsequentur. His se ma
xime imbuet: atque alet: cauebitque diligenter: ut quotiens ei uel
loquendum sit aliquid uel scribendum nullum ponat uerbum:
quod non in aliquo istorum ante reperierit. Quin et contenta inter

Prosa

Pa diligentia

2a diligentia

Precellentia Lactantio

P Cicerone

P Virgilio

De proferendis verbis in tempore

Colon. coma. periodus

De orthographia

De syllabis

Pedes in prosa oratione

Aristoteles de pedibus in quibus vult in prosa

dum vox legere invalebit. Sunt enim non in usu modo verum soluta in
oratione numeri quidam et velut concentus animum sensim dimensi et co
gniti flexionesque et gradus aliqui ut modo se demittat vox modo at
tollat. Colaque et commata et periodi mira consonantia inter se
connexa: que in optimo quoque scriptore maxime apparent. Ea
igitur cum alte leget manifestius deprehendet replebitque aures
veluti armonia quadam: quam et sentiet postea scribens et im
mitabitur. Illud preterea ex hac lectione consequetur ut verba suo
tempore proferat: ne ne properet cum morandum sit: ne ne immoretur
cum properandum. Volo insuper ne scribendi ignara. nec mi
de dictorum more. quorum et ipsum laudo si cui adsit. sed non de illo
nunc. sed et literis et sillabis. teneat igitur quomodo quodque scribendum
sit. quae ne sit natura litterarum et quasi in alteras transitio quae
coire inter se litterae possint et quae in propinquum venire nequaquam
patiantur. Haec enim quamquam pusilla magnum tamen afferunt inditium
disciplinae nostrae et manifestam detegit ruditatem. Illud quoque
dicam tacitum et cognitum habere (oportet) cuiusmodi sit una quaeque sillaba
rum hoc est longa an brevis an alterutra. est enim necessaria cogni
tio tum quia multa incidunt quae aliter intelligi non possint ut il
lud Virgilianum. Omnibus in morem tonsa coma pressa corona
et multa huiusmodi tum quia foeditas summa est hominum literatis sibi
arroganti ne sillabas quidem tenere praesertim cum non contem
da pars litterarum in his consistet. versus autem pedibus pedes at
longitudine brevitateque sillabarum. quas qui non tenet quid
ipse iam eo genere de se polliceri aut quid efficere in poetis possit
non equidem intelligo. In prosaica quoque oratione eadem ista cognitio
scribenti dictantique necessaria videtur. Neque enim simulatio ideo
non sentit prosa soluta in oratione pedes non insunt. sed quod delectat
aures quod sono demulcet id est. Refert enim permultum ut Aris
toteli placet a quo pede incipiendum sit. et in quem finiendum.
in mediis et qui recipiendi sint pedes et qui reiciendi. Itaque
probat ille quidem peana maxime. is autem est duplex. aut enim ex longa
quam tres breves subsequantur aut ex tribus brevibus et longa
postrema. Huic ultimum ille clausule aptum putat. Prima
prius non primum convenire. in mediis quoque hunc ipsum pedem quoque op

time cadere dactilum non ac iambicum reiciat alterum ut elatum ni
mis alterum ut depressum. Cicero autem in clausulis dicoreum probat
maxime qui est ex duobus trocheis. et creticum qui est ex longa et
brevi et longa. et peana illum de quo supra dixi. In mediis autem
si dimisso humiliusque utamur. iambum maxime convenire putat. si am
pliore dactilum vel peana vel dochium qui est ex quinque sillabis
brevi et duabus longis brevi et longa quem cireticis et in partibus
apte cadere existimat. Nec dubium est alios in contentionibus
pedes: alios dum narramus: alios dum conquerimur esse frequen
tandos. Ira enim et concitatio animi spondeum repudiat. Nichil
enim nisi properum ac rapidum amat. Contra vero dum aut narra
mus aliquid aut docemus moram et stabilitatem sermo deposcat
itaque pedes non amat qui prodiniter currunt. Omnis igitur oratio sine
pedibus commonenda erit: quos si ignoret scribens velut in tene
bris ambulet necesse est nullo certo ductu sed fortuito gradiens. Erunt
fortasse complures quibus mea ista cura nimis anxia videatur. Sed
meminerit me de ingenio loquutum et summa omnia de se pollicen
te. Quare mediocres incedant vel repant potius ut possint: ad
summum certe nemo perveniet qui non fuerit horum omnium tritus
et disciplina imbutus. Denique mea hec de litteris summa est
nichil ut ignoret quod in usum venire soleat. et preterea maiorem
elegantiam delicatiusque omnis in oratione sectetur sitque illi ad omne
genus scribendi modus quidam et ornatus ac ut ita dixerim habun
dantissima domi supellex: quam promat cum opus sit et in lucem
educat. Et quoniam eruditionem legitimam ex peritia litterarum et scientia
rerum constare diximus. et quod de litteris nobis placeret ostendimus:
addatur nunc sane illa pars quae ad scientiam pertinet. Volo igitur hunc
ingenio quod summa nichi omnia de se promittat ardentissimam
cupiditatem inesse discendi ita ut nullum genus disciplinae
aspernetur nullum a se alienum existimet rapiatur intensum mi
rabili aviditate ad intelligentiam et cognitionem rerum. Hunc
ergo et ardenti per se et incitato partim stimulos adhibebo et meo
insuper clamore adhortabor. partim frenos iniciam ac veluti re
ceptui canam. Sunt enim disciplinarum quedam in quibus ut rudem omnino
esse non satis decorum sic et ad cacumina illarum evadere nequaquam gloriosum

Creticus pes ...

Summa quoad literas ...

Ex quibus eruditio legitima constat

In disciplinis quibusdam ad cacumina evadere non est gloriosum

De pronunciatione vitiosus

ut geometria et arismetrica in quibus simultum temporis consu-
mere putat et subtilitates omnes obscuritatesque rimari retraham
manum atque divellam: quod idem faciam in astrologia. idem
fortasse et in arte rethorica. Invitus de hac postrema dixi: quin si
quisquam inventum illi affectus sint me minimum ex hiis non esse pro-
fiteor. Sed multarum rerum habenda michi ratio est. et inprimis cui scri-
bam videndum. Quid enim statum subtilitates et epichere-
matum curare et illa quae appellantur crinomena et mille
in ea arte difficultates mulierem conterant. quae forum nunquam
sit aspectura. Iam vero actio illa artificiosa quam greci hypocrisim
nostri pronunciationem dixere. cui demostenes primas et se-
cundas et tercias tribuit. ut actori necessaria ita mulieri neque-
quam laboranda: quae si brachium iactabit loquens aut si clamo-
rem vehementius attollet vesana coherendaque videatur.
ista quidem virorum sunt: ut bella ut pugne sic et fori contentiones
atque certamina. non igitur pro testibus neque contra testes dicere
adiscet mulier neque pro tormentis aut contra tormenta ne-
que pro rumoribus aut contra rumores. nec se communibus locis ex-
cebit. neque interrogationes. bicipites neque responsiones vete-
ratorias meditabitur totam denique fori asperitatem relinquet.
Quando igitur calcaria adhibebo: quin currentem revocabo. Cum
illis sese dedet quae aut ad religionem divinam aut ad be-
ne vivendum pertinet. tunc se desudat tunc animum applicet tunc
diu noctuque insistat obsecrabo. de quibus et singulatim dicere
haudquaquam pigebit. Primum igitur sacrarum litterarum cognitionem sibi
acquirere studeat christiana mulier. Quid enim prius illi suadeam.
Multa de hiis acquirat multa disceptat intra sese. Sed
veteres illarum amet scriptores novos vero istos si boni sint
viri honoret illa quidem ac veneretur ceterum eorum scripta non
minime attingat. Quid est enim quid literata mulier ab Au-
gustino discere non possit. ab istis autem possit. presertim cum ille
afferat orationem eruditam et auribus dignam. isti quorum mi-
chi afferat cur legi mereantur. Non sacris his contentam esse
nolo. sed ad secularia traducam studia. Videat quidem de hiis que
pertinent ad bene vivendum excellentissima philosophorum ingenia

De litterarum cognitione mulier sibi acquiret

De studendo philosophie

tradidere. Quid de continentia de temperantia de modestia de ius-
titia de fortitudine de liberalitate. nec ignoret que sit de beata
vita illorum sententia. nunquid virtus ipsa satis sit ad beate vivendum
an tormenta et carcer et exilium et paupertas illam impediat.
et si hec felici accidant nunquid miserum faciant an auferant so-
lum felicitatem miseriam vero haud quaquam inducant Preterea
an in voluptate vacuitateque doloris felicitas consistat humana
ut Epicuro placet. an in honesto ut zenoni. An in usu virtutis
ut Aristotelli. Hec michi crede preclarissima sunt et dignissima
cognitione nostra. nec ad vitam solum dirigendam utilitatem
afferunt verum etiam in omni sermone admirabilem quandam. cum
dicendi tum scribendi suppeditant copiam. Hec igitur duo quorum
alterum ad religionem alterum ad bene vivendum spectat magis
que praecipua illi preposita erit Cetera vero ad ista referentur.
quae possint hec ipsa adiuvare vel quasi ornatum quendam
illis afferre. Proximus enim excellentia hominis illa admira-
bilis quae vera inclitum fama nomen extollit non nisi ex multa-
rum variarumque rerum fit cognitione. Itaque multa legendo
et discendo undique carpere accumulareque oportet. cunctaque
omni fariam scrutari atque rimari. Unde nobis ad studia nostra aliqua
sit proventura utilitas. Sed sit apud eum selectio diligens
et circumspecta temporis impensio: ut potiora semper commodiora-
que preponat Placet ergo ad studia illa de quibus supra dixi
inprimis historiae cognitionem adiungere rem studiosis hominibus
nullo modo negligendam Est enim decorum cum proprie gentis ori-
ginem et progressus tum liberorum populorum regumque maximorum
et bello et pace res gestae cognoscere. Dirigit enim prudentiam
et consilium preteritorum notitia exitusque similium ceptorum nos pro-
pro re nata aut hortantur aut deterrent. Praeterea exemplorum
copia quibus plerumque illustrare dicta nostra oportet non aliunde
quam ab historia commodius sumet. Est enim genus scriptorum in ea
quidem parte egregium sane atque praecellens omnique ornatu incorru-
ptum quos etiam ad usum litterarum legere opere precium. Livi-
um dico et salustium: Tacitumque et curcium et inprimis Cae-
sarem ipsum res gestas suas commentariis summa facilitate venustate

Que philosophia tractat ... de felicitate

De philosophis





De hystoriis addiscendis

Nota de historiis

Historie non sunt subtiles

que explicantem. Hos igitur legat multiplicissime spei et sibi acquirere
perget presertim cum eos perdiscere ludus sit. neque enim subtilitas ulla
in illis eruenda est aut questio enodanda in naratione enim rerum
facillimarum omnis consistit versaturque historia. quam si semel arripuerit
ingenium illud de quo loquor precario eius memoria coherebit

De arte oratoria

Laus rhetorice

Oratores quoque ut legere non negligat suadere debeo. Quis enim aut
virtutes extollere ardentius aut vicia fulminare atrocius solet.
ab his et laudare bene facta et detestari facinora solemus. ab his
consolari cohortari impellere absterrere. Que licet omnia a philosophis fi
ant tamen nescio quomodo et ira et misericordia et omnis animi suscitatio ac
repressio in potestate est oratoris. Iam non illa verborum sententiarumque or
namenta que tanquam stelle quedam et faces orationem illumi
nant et admirabilem reddunt instrumenta oratorum propria sunt:
que mutuabimur ab illis loquentes scribentes et in usum nos
trorum quom res posset vertemus. Demumque omnem opulentiam verborum
omnem dicendi vim et quasi ornatum omnem orationis ut ita dixerim
vivacitatem et sanguinem ab illis sumemus.

De poetis legendis

Poetas insuper ut et
legat et intelligat volo. Quem enim summorum virorum expertem huius
cognitionis fuisse videmus?

Aristoteles studiosus poetarum

Aristoteles certe Homeri Esiodi.
Pindari. Euripidis ceterorumque poetarum versus frequentissime
ponit. tenetque omnes memoriter et facillime reddit ut appareat illum
non poetarum fere minus quam philosophorum studiosum fuisse. Apud pla
tonem quoque poetarum usus frequentissimus est occurruntque illi alii

Plato studiosus poetarum

qui aut se offerunt auctoritateque illorum sua sepe confirmat. Dixi
de grecis. Quid autem nostri An Cicero parum fructus in
poetarum cognitione apponere videtur. Qui non contentus Ennio
Pacuuio. Accio. ceterisque viris grecarum insuper poemata in la

Cicero grecas latinas vertit

tinum convertit totosque libros suos illis refersit. Quid Seneca
dicimus profecto vir ac severus: nonne et ipse poemata conscrip

Seneca scripsit poemata

sit. et totus interdum scatet versibus. Mitto Augustinum.
Ieronimum. Lactantium. Boetium in quibus quanta cognitio
poetarum fuerit scripta eorum disputationesque ostendunt. Mea quidem sententia
mancus quodammodo in litteris est qui poetas non didicit. Nam de

In laude poetice et quam valeat

vita moribusque percommode multa sapienterque ab illis dicta. et na
ture generationisque principia et cause et quassit doctrinarum omnium

semina in illis reperiuntur. et inest auctoritas magna propter opinionem sapi
entie ac vetustatem. et splendor eximius propter elegantiam. et ingenu
itas quedam liberis hominibus digna: ut cum hec non adsit pene sub
rusticus videatur. Quid Homero deest quominus in omni sapientia
sapientissimus estimari possit. Eius poesim totam esse doctrinam

Questio poesis Homeri

vivendi quidam ostendunt in belli tempora pacisque divisam. et in bello
quidem que provisio ducis. quantum astus aut fortitudo militum.
quod insidiarum genus vel cavendum vel faciendum. que mo
nitio. quod consilium ab eo est pretermissum. Eneas quondam

Homerus precepta de re militari

prelio troianorum dux grecos magnam pulsos in castra redegerat
cum itaque audacius ingereret ac unum totum agmen obiceret cast
ris advolat ad eum Hector ac pedetentim circumspecteque agere mo
net affirmatque eum qui exercitum ducat non tam audacem quam cau
tum esse debere.

Nota pro Francisco Forza

Quanti o dii immortales hoc preceptum est
mandum est presertim ab hectore audacissimo traditum. Id quia

Cautum. Cottor. [illegible]

aetatis nostre duces consilium non servantes dum audacter
magis quam caute feruntur in magnam se et suos ruinam cladem
que pene incredibilem inciderunt. Apud eundem poetam Iris ad
Atridem missa cum dormientem ducem repperisset corripit illum ver
bis negatque dormientem esse viro cui et populorum salus commissa sit
et tantarum rerum incumbat provisio. hoc virum quem sapiens est sine con
silio sine monitione appellare mavis. Quid Socrates aut pla
to aut Pitagoras maius imperatori consuleret aut sanctius. decem
milia sunt huiusmodi eius poete in bello que referre p libens
nisi vererer prolixitatem. in pace autem alia rursus nec pauciora
nec minus egregia. At ego non ne cuncta ad homerum grecosque
referamus. Maronis nostri sapientia quam multi facienda est.

Maro naturalis

Quom tanquam ex oraculo quodam abdito nature illa revellat
Principio celum ac terras camposque liquentes. Lucentemque
globum lune titaniaque astra spiritus intus alit. totosque infusa per ar
tus mens agitat mollem et magno se corpore miscet. Inde homi
num pecudumque genus viteque volantum. et que marmoreo fert
monstra sub equore pontus. Igneus est illis vigor et celestis
origo seminibus et reliqua que cum legimus quem philosophum non
contemnimus: aut quis unquam de natura animi tam cumulate sacient

quod locutus est: quod cum idem poeta quasi deo plenus vaticinatur paulum ante salvatoris adventum dicens: Ultima Cumaei venit iam carminis aetas. Magnus ab integro saeclorum nascitur ordo. Iam redit et virgo redeunt saturnia regna. Iam nova progenies celo dimittitur alto. Mentem divinam inesse poetis sapientissimi veterum tradidere. Vates quoque ideo nuncupaverunt quod non tam ex se quam concitatione quadam animi afflatuque divino loquerentur. Quod quamquam Virgilius ad Cumanam sese refert Sibillam quam adventum Christi praedixisse Lactantius probat. Sibilla igitur adventum Christi vaticinata est temporibus non quo is venturus foret non satis apperuit. Virgilius autem multa post Sibillam natus tempora venire temporis iam recognoscit. novamque progeniem celo dimitti velut admirabundus stupensque denunciat. Et negant quamquam poetas esse legendos divinum ut vere dixerim litterarum genus quod tamen hi soli facere consuenerunt qui nulla ipsi disciplina politiore imbuti neque intelligunt praestantiam ullam in litteris neque existimant. Michi vero studia hec nostra intuenti imprimis necessaria videri solet poetarum cognitio cum propter utilitatem de qua supra dixi variamque multarum rerum notitiam tum ob sermonis excellentissimum decorem. Preterea nichil est ex omnibus studiis quod minus nobis auferat temporis. nam et adiscuntur in pueritia quando aliis fere vacare non possumus et inherent memoriae ob rotundam concinnitatem et peregrinantur una nobiscum: sine libris ultro recursant vel aliud agentibus hoc est agis. Quanta vero sit nature ipsius ad poeticam convenientiam vel ex hoc patere arbitror quod vulgo ineruditi homines omnis litterarum doctrinae expertes tamen si ingenio valent ea ipsa qua possunt ruditate sonitus quosdam ac rithmos efficere delectantur: et si queant illa eadem solutis verbis dicere commodius tamen ita demum aliquid dignum auditu se perfecisse putant si illa numero rithmisque incluserint. Quin et ipsa missarum solempnia quamquam omni studio perpolita sint tamen cum aguntur in templis dormitare non nunquam animus noster confitetur atque videtur. At H. si inter ista chorus poetica illa decantet primo dierum omnium vel iste confessor vel ut queant laxis resonare fibris animus usque adeo mens humana depressa est ut non elevetur animus et quasi suscitetur. Ex quo opinati sunt

quidam antiquorum animum nostrum armoniam esse et numerum quod non exploratum sit certa secundum naturam illi cognato maxime gaudere. nichil autem est omnium quo animus noster tam demulceatur et gaudeat quam armonia et numero. Sed hec longiora quam secundum presens tantum illud intelligi volo. nos natura magis ad poeticam duci quam ad aliud genus litterarum et esse in ea utilitatem plurimam et delectationem et iocunditatem cunctis animis qui expers sit minime liberalis eruditionis iudicetur. prolixiorem in hac parte me fuisse intellego quam ego ipse ab initio proposueram. Verum ubi inceperis ita multa occurrunt ut difficilius sit reicere quod ultro se offert quam reperire quid dicas. Et ea praeterea non invitus quod principem familiae nostrae si hec forsan audierit in hac quidem parte refragatorem esse sciebam virum ad omnia summa natum et multis magnificisque virtutibus praecellentem. sed ita pervicacem in disputando ut quod semel dixerit semper defendat. Is ergo quia quicumque negant poetas esse legendos usque ad mortem hunc errorem prosequetur. sed nollo cum eo scriptis praesertim contendere cui et absenti reverentiam debeo. Sed ab alio quodam istorum qui poetas insectantur perlibenter quererem quanam sit quamobrem legendos non putent. Qui cum nihil plane sit quod imputare illis queant dicent tamen quia amores et flagicia in illis reperiuntur. Ego non affirmare ausim in nullis scriptoribus tanta pudicitiae bonarumque rerum exempla reperiri quanta in poetis. nam et Penelope erga Ulixem fidelissimam castitatem. et Alceste in Almetum incredibilem pudicitiam et utriusque admirabilem constantiam in absentiis calamitatibusque maritorum. At multa huiusmodi in poetis maxima leguntur documenta uxoriae disciplinae. Quod si qui amores describunt ut Phoebi et Daphnes vulcani et Veneris quis usque adeo hebes est ut non fictas res et aliud pro alio significantes intellegat. Denique ista quae tu damnas pauca sunt. Optima vero permulta et dignissima cognitu ut de Virgilio et Homero supra ostendi. Est autem quamquam iniustum eorum quae vere laudis sunt oblivisci meminisse vero illorum quae cum aliquam pravitatem insectantur. nollo miseri dicat in dictis Senecae quidam. poeticamque relinquo bona malorum metu quam spe bonorum mala vitantium. Itaque nec ipse legam poetas nec aliis ut legant permittam

Marginal notes (left page):

Cur dicti sint poete divini

Sibila Cumana tempore Christi vaticinata

Contra fatuos negantes poetas esse legendos

Studium poetarum nobis parum aufert temporis

Conveniunt nature ad poetas

Marginal note (right page):

Quidam censent poetas non esse legendos et ... non ...

98

99

At Plato et Aristoteles legebant, quibus sive te vel gravitate morum aut intelligentia rerum anteponis nullo modo feram. An tu te aliquid discernere putas quod illi non viderint? Christianus, inquit, sum. Illi forsan suo more vixerunt. Quasi non honestas gravitasque morum non tunc eadem fuerit quae nunc est, aut quasi non haec ipsa vel etiam deteriora in sacris reperiantur libris. An non ibi Sansonis amores pene insani et robustissimum viri caput gremio muliercule impositum et fortitudinis detonsus crinis? An non haec poetica? An non flagitiosa facto filiarum Loth scelus infandum et Sodomitarum execrandam obscenitatem, quae duo meherculé flagitia ego ille qui poetas laudo commemorare nequaquam sustinerem? At vero David amorem in Bersabe et scelus in Uriam, Solomonisque fratricidium et tam incestis concubinarum gregem quorsum spectare dicemus? An quia haec mala sint et flagitiosa et obscena, propterea negabimus sacros libros esse legendos? Nequaquam. Ne poete igitur respuendi sunt, quia in illis interdum aliqua ad delectationem hominum scripta reperiuntur. Ego quidem si Didonis Aeneaeque amores apud Virgilium lego, ingenium poetae admirari soleo, rem autem ipsam quia fictam esse scio nequaquam attendere. Quod idem mihi accidit in aliis fictionibus poetarum. Animum certe non movent, quia fabulosa et aliud pro alio significantes intellego. At vero quoniam illa in sacris lego, quia vera fuisse scio saepe inflector. Sed ne pertinax ipse sim, placet aliquid de iure meo remittere, praesertim cum ad mulierem scribam. Fateor ergo, ut civitas in nobilitatem plebemque dividitur, ita inter poetas gradus quosdam esse dignitatis. Si quid igitur vel a comico non satis pudico argumento protexerit, aut a satiro nimium aliquid apertius exprobatur, ne legat haec mulier neve inspiciat. Sunt enim velut vulgus poetarum. At enim proceres illos, Virgilium dico, Senecam et Statium caeterosque eiusmodi non legere maximum sibi ornamentum sciat deesse litterarum, nec summum speret cum haec pars desit. Omnis enim praestantia illa de qua loquor non nisi ex multarum variarumque rerum fit cognitione. Itaque multa vidisse legisseque oportet et philosophis et poetis et oratoribus et historicis et omnibus aliis scriptoribus operam impartisse. Sic enim resultat plenum quiddam ac sufficiens, ut copiosi, vari

[P]oete comici et satirici non legendi

et ornati ut nulla in re vacui rudesque videamur. Adhibenda insuper est litterarum peritia non tenuis neque contemnenda. Haec enim duo sese invicem iuvant mutuoque deserviunt. Nam et litterae sine rerum scientia steriles sunt et inanes, et scientia rerum quamvis ingens si splendore careat litterarum abdita quaedam obscuraque videtur. Quid enim prodest multa et praeclara scire, nescireque loqui de his cum dignitate neque mandare litteris nisi ridicule possis? Atque ita coniugata veteres illos quorum memoriam veneramur ad celebritatem nominis gloriamque provexere: Platonem, Democritum, Aristotelem, Theophrastum, Varronem, Ciceronem, Senecam, Augustinum, Hieronymum, Lactantium, in quibus omnibus discerni vix potest maior ne scientia rerum an peritia fuerit litterarum. Ut autem ad extremum concludam, ingenium quod summa omnia de se mihi repromittat his duobus fructum capere oportere affirmo, horumque comparandorum gratia multa undique legenda et conservanda esse; studium tamen in omnem partem ut potioribus semper utilioribusque incumbat, nec aut nimium obscuris aut parum profuturis occupetur. Religionis et bene vivendi studia mihi praecipua videri. Caetera vero omnia tanquam adminicula quaedam ad ista referri, quae possint vel adiuvare vel illustrare, eaque de causa poetis et oratoribus et scriptoribus inhaerendum, ut et praeceptio adsit ingenua et perpolita solertia, nec unquam nisi optima probatissimaque legamus. Habes meum de litterarum studiis iudicium. De quibus si forsan aliter existimes, faciliter cedam. Non enim quasi praecipiens ad te scripsi, sed quasi unus de turba erga tuam excellentiam affectus conferre tecum volui opinionem meam, et currentem ut aiunt ad gloriam cohortari.

[D]ecor in litteris sed [illegible] gestis [illegible]

FINIS.

PRO D. LUD. DE FALCONE PROVINCIALI LEGIBUS STUDENTE

Leonardi aretini hisagogicum breve in fines bonorum et malorum

SICUT VIVENDI GALEOTE SIC ETIAM bene vivendi cura nobis esset. infinitos pene labores quibus stultitia exercet humana tamquam supervacuos et insanos fugiendos longe omittendosque putaremus. Nunc autem noster omnis error ab eo manat quod sine proposito finem vivimus et velut in tenebris incedentes non tam per callem aliquem et prospectum certum quam per oblatam nobis semitam fortuito ambulamus, ut saepe quo nostri ferant gressus ne ipsi quidem sciamus edicere. Itaque et conatus saepe nos penitet nostri et sequutos pariter et assecuta torquemur nihil solidum nanciscentes in quo stulta hominum appetitio conquiescat. Est enim veri boni nobis a natura ingenita cupido. Verum confusa illa quidem atque incerta fallacibusque opinionibus tamquam tenebris quibusdam obducta. quibus occaecati atque decepti per devia aberramus. Sed adversus hanc humanam omnem caecitatem et tenebras, opem a philosophia petendum est: quae si forte nos dignata lumen suum admonuerit hanc omnem quae nos circumstat caliginem dissipabit. veramque vivendi viam a fallaci discernet. Equidem memini primis ab annis studiosum te plurimum fuisse rerum illius, quae ad naturae pertinet indagationem. quae etsi est sublimis atque excellens, minus tamen habet utilitatis ad vitam quam ista quae ad mores hominum virtutesque descendit nisi forte instructior erit ad bene vivendum: qui pruine et nives et iridis colores. quemadmodum fiant didicerit quam si illa numquam didicisset aut emendatior erit cui cognita sint alos et pristes, notique sint quam si omnino essent incognita. Similia his sunt caetera quae in illa traduntur. Habent enim splendorem cognitionis, exiguum vitae ad utilitatem non habent. At non haec altera

Dictas in laude philosophie

In prin... illigorum philosophie

philosophia tota ut ita dixerim de re nostra est. Itaque qui huius cognitione omissa physicae intendunt, ii alienum quodammodo negotium agere videntur, suum omittere. Ego igitur Galeote vehementer quod te ad haec studia revoco. Quid enim pulchrius nobili viro et invictum ab ipsa natura amatori et intelligentia rationeque praestanti quam ea discere per quae ad cursum vivere desistat. Suas ipse mas actusque discernat. Sed utrum ista cohortatione contenti non ultra vel quasi persuaso. Iam tibi addendum aliquid in traductionis causa. hoc ego potius esse reor: neque enim unitatis est tepide agere: sed rem ipsam ad quam invitat ultro offerre. Referam igitur tibi sermonem habitum a me nuper cum Marcellino familiari meo. Nam cum ille domum ad me salutandi gratia venisset reperisset que fronte lectitantem post prima illa amicorum consueta: cum uterque consedissemus. et quid est hoc libri inquit quem modo erat in manibus. Aristotelis inquam est de moribus ad Eudemum. tria sunt. Marcelle, ut audisse te credo huius philosophi volumina de moribus scripta. Unum ad hunc quem modo dixi. Alterum ad Nicomachum filium. tertium quod scribitur magnorum moralium. et si eadem omnium mens est tamen alibi contractius, alibi remissius res ipse tractantur. Recte inquit. at Marcelle oportune a te facta huiusce rei mentio est. Audio enim iam pridem quae sit huius disciplinae progressus et quasi via cognoscere. Nec autem haec data michi facultas est a te de hoc ipso arbitratu meo percunctandi. nunc non quia ut video otiosus es. Unde queso hec de moribus disciplina quid nobis pollicetur. Quid me rogas inquam. ac non potius ipse tu vel nostrorum vel graecorum a quibus ista traduntur scripta lectitas. Graece inquit nescio. Latina ista nostra autem ut tibi verum fatear legentem me conantemque non admodum iuvant. Concedo. Marcelle. esse talia ut institutum potius erudire quam rudem instituere abinitio possint. tu qui graeco de fonte ut ait Flaccus a usisti quaeso michi expone haec de moribus disciplina quid eius sectatoribus repromittat. Non minusculum inquam non lucellum. sed rem maximam praestantissimamque omnium beatos facere homines modo ipsi non desint sed agendo et operando illius praecepta insaque sequantur. Et quis non excitetur inquit tanta spe proposita. Ardeo medius iam nunc illius initiari sacris. Quare age dummodo quid

Quod est spe[cie] Tractat. ...

Quod post disciplina de mo[ribus]

sapit. longum inquam id quod et in singulis est caput tamen ac summa eius ut bene iuvaminus. id non non demensa: sed demente sumuntur. Sed quoniam te id cupere audio et admirari digna est haec cupiditas tua. conemur tale tibi tradere quale graeci hysagogicum appellant. id est quasi introductionem ac evidentiam quandam eius disciplinae. quo paratior ad illam percipiendam queas accedere. ac dicere iam ordiar. Tu vero si quid inter dicendum ambiges interpella. Prima igitur huius disciplinae consideratio michi videri solet. An quid sit extremum et finis in rebus humanis ad quem omnia quae agimus referri oporteat. Secunda quid sit id exinum. Tertia quibus rebus ad id pervenitur. His autem cognitis et totius vitae rationem quemadmodum dirigenda sit cognoscemus. quae. Marcelle. actionum nostrarum ad verum finem referuntur eas et sequi et laudabiles dicimus. Quae non fallaci opinione aberrant eas vituperamus atque propellimus. Ut autem iam de his dicere incipiam conspicuum est plures in rebus fines esse humanis aliosque sub aliis contineri. Finem autem appello cuius gratia quid agimus. Exemplo hoc quoque ipsum faciamus illustrius. Parat quis navem navigandi causa. navigat quo pecunias acquirat. acquirere autem vult quo opulentior fiat. Hanc ipsam opulentiam alterius gratia cupit. vel honoris. vel potentie. vel ut nullius indigeat. hic igitur vides tot esse fines quot sunt actus, aliosque subesse aliis. idem est in caeteris operationibus nostris. semper. Marcelle. nostra de fine in finem graditur quod procedit que intentio. Nec est dubium quin superior semper finis. praeterea constat nos omnia quae agimus boni gratia agere ex quo fit: ut id sit finis et bonum. Sed an cuncta alterius gratia volumus et necubi consistit appetitio nostra. vel est aliquis extremus et ultimus finis ad quem cum pervenitur finitur appetitio conquiescat. fatendum est esse aliquem ne si forte negemus irrita et stulta probetur cupiditas nostra et infinita progressio et multa perabsurda exinde sequantur. Id ergo extremum si modo est aliquid quod quidem plane confitendum est necesse est esse tale: nulla ut externa illecebra. sed ipsum per se sua vi nos incendat et rapiat in cupiditatem sui quod propter se expectatur semper et nunquam propter aliud ad quod referuntur omnia ipsum autem nusquam. Erit igitur hoc summus finis et summum bonum. nam finem

prima quaestio de moribus

2a

3a

Finis quid est

Fines sub finibus ...

An sit finis ad quem ... appetitio ...

Summum bonum finis.

2a opinio quid sit id quod finis

Felicitas summum finis

Quid sit felicitas seu ille finis

Voluptas s. bonum ...

Eudoxus et Aristippus Epicurus

Democritus summum bonum ...

Aliqui summum bonum ... Peripatetici

Aristoteles et Theophrastus

et bonum idem esse docuimus. erit quoque idem principium et causa
unde si quid motus est quoniam eius gratia omnia omnes agunt. intelligere vi
deri videtur inquit ac probe tenere. Quare ad alia si tibi videtur pro
cedamus. Age nunc inquit. hic quid sit extremus finis videamus.
Hoc enim secundo erat loco in questione propositum. De nomine quidem inquit
Aristoteles apud omnes convenit. felicitatem enim vulgus eruditique
appellant. Sed ipsa felicitas quid tandem sit de eo sane inter se
discrepant. nec idem vulgus sapientesque tradiderunt. At enim
nec sapientes quidem nulla enim vnquam de re fuit inter philosophos contentio tan
ta. nam alii voluptatem esse id extremum et ultimum quod propter se ipsum
expetitur. et cuius gratia cetera agimus asseverat. esse quod id nobis insitum
mentibus nostris ut omnia faciamus ac patiamur quo postea in gau
dio et letitia contenti et quieti vivere possimus. Ea est autem summa
atque vera voluptas. Ex quo fit ut principia sit appetendi aliquid
vel fugiendi a voluptate doloreque proficisci videatur. Quare et
ipsas quidem virtutes censent ideo ab hominibus exerceri debere
quia effectiones sint plurimarum voluptatum. contraque de
lictorum scelerumque conscientia nos vexet et angat. tum inanes cupi
ditates quarum stultorum vita referta est sollicitent mentes et qui
etas neque esse permittant. itaque eum esse sapientis delectum aiunt
ut pretermittendis minoribus sibi maiores comperet voluptates et
doloribus pluris suscipiendis maiores graviores que repellant. In
hac ferme sententia Eudoxus et Aristippus et Epicurus fuere et si
eorum alius plus alius minus tribuerit corporis voluptatibus
his adiciendus est democritus qui obscure quidem ac verbo pene
insolenti Euthymiam summum bonum esse dixit quasi tranquillitatem
quandam animi omni molestia vacantis. Alii vero in usu virtutis felici
tatem posuere atque ex eo beatam constare vitam censent. esse
enim quoddam proprium hominis opus ad quod agendum natus est.
at non esse vivere quia commune sit et plantis non sensum quia commune
sit et brutis. Sed vita et actus secundum rationem quam qui bene excel
lenterque vivet is proprium opus ad quod natus sit bene ab
solvat. cumque bene vivere atque bene agere in eo quoque situm esse illud
summum hominis quod querimus bonum. in hac ferme opinione Aris
toteles et Theofrastus et ceteri omnes peripatetici fuere. Sed cum

queretur

102

queretur nunquid foret haec vita in potestate sapientis id est an si
bi ipsi per virtutem hanc praestare vitam bonus vir possit mul
tae difficultates suboriri videbantur fieri. enim potest ut sapiens
et bonus vir et omnibus virtutibus instructus atque ornatus in ex
ilium et orbitatem in egestatem detrudatur amissa patria. ablato
patrimonio filiis propinquisque necatis praeterea ut in carcerem
tirannum ut in eculeum ut in supplicia gravia et miseranda inci
dat. hunc igitur quamquam virtutibus vindicare tum beatum dicere tantis
in malis quis potest. Quod si ita est nec virtus ipsa satis videtur ad
beate vivendum. ob hec hi de quibus loquor plura tria bonorum
genera dixerunt. animi. corporis. externa. felicitatem in bonis animi
reponunt. que sunt maxima ac praecipua bona. corporis autem et ex
terna adesse bonum oportere aiunt. non ut illa ex sese beatam
conficiant vitam sed ut ne operationes virtutis in quibus beata
vita consistit impediatur et. enim suppliciis doloribusque affectum cor
pus neque contemplari quicquam neque agere permittit. et egestas exilium
que multa impediunt quoniam tanquam instrumenta desunt ad agendum
Quid ergo. Miser erit sapiens in his que supra enumeravimus ma
lis certe non miser. virtus enim vir illi ab hac infamia appellatione
defendit sed nec est beatus tantis calamitatibus implicatus. probo be
ata enim vita omnis optabilis est et plena gaudiorum. hec vero calami
tosa neque quisquam optabilis nec beata igitur. Haec peripateticorum ferme
est de summo bono vitaque beata sententia. nec est dubium quin
si parum tamen aliquid fortunae tribuat. Itaque Zeno quoque a Zenone st
oyci rigidi nempe homines et severi aliter de summo bono opinati
sunt. negant enim quicquam boni praeter honestum in eoque consistere
vitam beatam affirmant. honestum autem est quod bene cum laudabi
liter et ex virtute fit. ut enim qui libidinose quod abiecte agitur tur
pe dicatur ac dedecoris plenum sic quod fortiter quod continenter quod cum di
gnitate agitur honestum decorum pulchrum nuncupamus. Corporis
autem et fortune commoda negant esse bona. contraque illorum incommo
da negant esse mala. Virtutem non satis esse ad bene beateque vivendum
putant neque carcerem neque tormentis neque doloribus illis aut egesta
te exilio ne beatam vitam impediri. Virum enim sapientem ac
vere fortem magno invictoque animo totum ex se ipso pendere nec hu

Questio p.

De bono ... adveniunt

Tria bona

Corpus ... ad agenda bona ...

Zeno et Stoyci de s. b.

Quid sit honestum

maiores casus neque fortunae iniurias expavescere nec illis si accida
nt umquam frangi. non enim exilium nec paupertatem nec dolores ma
la esse sapienti, qui ut nihil bonum praeter id quod honestum est
et cum virtute, sic et nihil malum nisi quod turpiter et cum vitio
fit quod in sapientem cadere numquam potest. Quid si fortunam me
tuat quis numquam erit beatus, quoniam et si non facta actam formido il
lius instabilitatis sollicitum reddit. haec fortis est in filosophorum Stoicae
disciplinae forma, nescio an vera sed certe mascula atque robusta.
Peracta tibi sunt iam omnes de summo bono quae quidem cognitu dignae
videbantur de quibus scire velim quid tandem existimes. Ego vero
inquit fatebor tibi quod mihi accidit. Singulis dum a te referebantur
me totum adduxi. Nam voluptate et vacuitate doloris quae
prima sunt summa nihil optabilius visum est. quid enim beatius
esse potest aut cogitari possit quam vita gaudiorum plena omni molestia de
tracta. Aut quid deorum immortalium vitae similius imaginari
possimus qui quoniam nunc sint felices atque beati. hoc beatitudinis
instar nobis mortalibus reliquisse videntur. Rursus vero cum ad
virtutis splendorem oculos erexi virtutis excellentiae laude usque
adeo contempsi quod ac postremo voluptatem, ut etiam doloribus et mo
lestiis comparandam eam beatitudinem existimarem. Corporis vero com
moda externamque prosperitatem rerum quam necessariam in bonis re
ponebant. Ecce alteri exurgentes negarunt quidquam tale in bonis includ
dantque homini potestatem se ipsum per se in beatitudinem asserendi:
quo quid optabilius esse potest. Ita cum omnes ad se rapiant ambiguus
sum quid in vitae parte recipiendum. non est mirum inquit: si tibi horum
singuli probantur nam vulgus quoque philosophorum: qui observanda dicebant
iam pridem auditores scholaeque ipsae respuerunt. hec restant
disciplinae quare et si verbis pugnent re tamen et effectu proxime sint.
quomodo Stoicis inquit, an potest quoque esse distantius. At ille
inquit. An tibi proximitatem hanc satis probare videor. Primum
enim Stoica a peripateticis quid referre putas. utrique profecto beatae
vitae dominam effectricemque virtutem consentiunt. In hoc fere to
tum est et qui in uno hoc consentiunt vix in aliis dissentire
possunt. nam de corporis externisque commodis quae alii bona
appellant alii non bona id non refert quantum quisque illis tribuunt

Quam differunt peripatetici a Stoicis

Si non plus hi quam illi de verbo differentia est non autem de re. quod alte
ros usitatum verbum delectat alteros novum. quae enim hi bona
et mala illi proposita et reiecta appellant. De fortitudine vero tor
mentis doloribusque corporis dimissus est et quod non magna per
hypathetica. enim non a quibusvis calamitatibus depelli vitam be
atam putant sed ab ingentibus et multis. et hec ipsa si acciderit
sapienti numquam eum fieri miserum dicunt. Stoici vero et in calamita
tibus beatum asserunt videtis ergo quam parum intersit inter hos
duorum sectarum magistros. qui et voluptatis patroni non multum
ab his descendunt. felicitas enim absque voluptate esse non potest. Ad
eo enim implicata est illi et annexa voluptas ut separari nequeat nomen
certe ipsum quo beatus designatur et gaudendo apud graecos
tractum est quasi vita quaedam gaudiosa. Actio vero virtutis
scientiaque et contemplatio conscientia deique ipsa recte factorum immensas
quasdam continet voluptates ut dubium fiat haec propter illam an
illa propter haec expetatur. Clamat enim Epicurus ipse non posse cum volup
tate vivi nisi iuste temperate prudenter nisi cum voluptate. Ita cum
tres sint philosophorum sectae omnes profecto aut idem aut prope de sum
mo quod bono dicere videntur. Quare non tibi multum formidan
dum est ut dum alteros sectaris ab aliis contingat te abscedere
longius. Perquam mihi gratum est inquit hanc vel ita dicerem
conciliationem philosophorum audisse. Nec placuit modo tua de hisce re
bus disputatio verum et placavit inquietam mentem animam potissi
mum uberrime hesitantem. Sed restat iam tibi tertia illa pars cum
sit ne finis aliquis extremus et summus et quid sit conspeximus
ut quibus rebus ad illud veniatur ostendas. Tute inquit ipse iam
non ex superioribus dictis iam hunc discernis. Discerno inquit vir
tutes beatae vitae dominas effectricesque conspicio Sed tamen de his ip
sis audire percupio. Audi igitur inquit et si non ad unum resecare pro
positum sit Sed quantum ad evidentiam nunc satis erit breviter dis
cursu perstringere. hoc ipsum inquit nunc postulo de singulis non si am
bigam alias: quoniam igitur per virtutes ad beatam vitam pervenim
us ab his enim honestas voluptasque vera exsistit de virtutibus
ipsis dicere aggrediamur. Atque illud primum a nobis intelligen
dum est virtutem omnem esse affectionem animi constantem quam

Clamat Epicurus

3a [illegible] [illegible] ad illud [illegible]

Quid sit [illegible]

Quid sit habitus virtutis

Prima divisio

Quid sunt morales et intellectuales virtutes

omni nomine habitum vocant. ut enim equum sic animal ingenuatum videmus
ut et currere et ingenium flecti et equitatem portare possit. hec tamen ipsa
non perfecte agit nisi cum domitus et exercitatus est. Atque ita as-
suetus ut illam bene et scienter agat. tunc enim perfectum quiddam hic
videtur. sic et homo a natura aptus per exercitationem et assuetudinem
habitum iustitiae et temperantiae ceterarumque virtutum nanciscitur ut
tunc demum perfectum ab usu sit quod a natura fuerat inchoatum. Et
de virtute quidem omni in hunc fere modum accipiendum est habitum scilicet ex-
ercitatione usuque acquisitum ut iam perite et scienter opus suum
perficiat. Virtutum vero comparatum prima partitio est. ut aliae sint morales aliae
intellectuales. conveniunt vero in eo quia omnes sunt habitus. differunt autem
quia morales sunt in ea parte animae quae non habet rationem. Intellectuales autem
in ea parte quae rationem habet. praeterea morales virtutes medio-
critates quaedam sunt inter excessum et defectum. Intellec-
tuales autem excessum non habent nec sunt mediocritates. Insuper mora-
les circa affectus et actus. Intellectuales circa veri deprehensionem ma-
gis versantur. Sunt vero intellectuales virtutes quinque. Sapientia. Scien-
tia. prudentia. Intelligentia. Ars. Moralium autem maior est
numerus. ut enim affectus sunt humani qui nos inflectunt et ducunt
ita virtutes adversus hos oppositae resistunt. Ex quo fit ut mo-
rales quidem virtutes omnes circa difficile arduumque versentur. Diffi-
cile est enim libidinem quasi freno compescere difficile iracundiam
tenere difficile avaritiam cohercere. Idem est de aliis affectibus nostris
Ad quae enim prona natura sumus adversus illa virtutes opponun-
tur. Nihil agere timide dicit virtus. nil intemperanter nil avare
nil iracunde nil inique nil abiecte. grande quoddam potius quidam propo-
situm est et si adsunt facultates magnificentia splendeant. honores
non ita persequare ut declines ambitionem. Veritas et in sermo-
ne et in omni vita eluceat. preterea cave ne te virtutis species deci-
piat. Inconsulta audacia fortitudo non est. Sed temeritas
potius et vesania. tanquam est in vitio qui non timenda formidat quam
qui timenda non omnino expavescat. sit timor in periculis. ita tamen
ut si perferendo sint ratio vincat superetque terrorem. At grave
est vulnera excipere: grave mortem obire. Sunt sane ista. Si-
ta vis etiam gravissima: tamen incidunt tempora in quibus honesta mors

turpi fuerit vitae a sapiente proferenda. Et vulnera per gloriam excipe-
re praestiterit quam per ignominiam corpus integrum servare. hinc forti-
tudo illa mirabilis exsistit speciosissima profecto virtus, oratorum cum-
primis: quae tanto favore hominum excepta est ut a definitoribus sta-
tim videamus fere habitum militarem. quasi praeclarissimum sit hoc potissi-
mum grave laudis in vita clarissime. communis certe virtutis nomen
fortitudo sola in suam propriam appellationem convertit. nec sa-
ne immerito. Virtus enim a viro dicitur. vir autem constans aliquid et
pugnax designare videtur. Itaque illud in promptu est. si viri estis
id est si fortes. Et Caesar milites increpans inquit se non tam vir-
tutem in milite desiderare quam modestiam. Virtutem haud
dubie pro fortitudine ponens. Itaque ut in multis aliis ita in hoc
praeclarius graeci quam nos. fortitudinem enim illi andrian vocant
id importat ut verbum de verbo exprimatur virilitatem. Nam tem-
perantia communis quidem est nec viri solum: verum etiam mulieris. fortitudo
autem propria viri. Versatur autem temperantia circa libidines compe-
scendas. Atque ut fortitudo a fuga nos revocat sic temperantia
ab insequendo coercet. ut quodammodo inter se contrariae una ad
praelium cohortari altera receptui canere videatur. Est autem tempe-
rantia circa eas voluptates quae nobis communes sunt cum ceteris
animantibus. ex quo non proprie quidem ille hominis voluptates. Sed magis
serviles bestialesque habentur. Diximus de affectibus animi in metu et li-
bidine. Quid avaritiae. non ne arduum est frenum imponere. Ad
hanc quam immoderationem virtus est quam dicimus liberalitatem.
Ea est mediocritas quaedam in acquirendis erogandisque pecu-
niis remota quidem ab avaritiae sordibus. remota et a prodigalitatis
amentia. Avari est enim nimia cupiditas acquirendi et remissior
quam oportet expendendi cura. hec autem duo contra in prodigo. nam et
dissolutus in acquirendo et profusus est. horum medius liberalis et
qui et quantum capiendum erogandumque sit tenet rationemque sequi-
tur habitum iam ista agendi ab usu contraxit. Sed ut circa pecuniarum
cupiditatem. honorum alia quaedam virtus exstitit ambitioni con-
traria nomen non nequaquam sortita. Sunt enim quidam plus quam oportet ho-
noribus inhiantes quos dicimus ambitiosos hi ferme idem
in honoribus faciunt quod avari in divitiis comparandis. Alii et

Quare dicatur virtus

Vir quid significat

Cesar

De fortitudine

In quibus consistit temperantia

Liberalitas acquirendo et prodigalitas

quos honeste conseq possint honores, abiectione quadam animi prae
termittunt. Inter haec virtus est quaedam intellecta quam apte. Sed non
apte nominata. At. n. et liberalitati et huic virtuti quae est circa
honores duae praeclarissimae virtutes. Magnificentia sublimior
quaedam liberalitas est circa sumptus ingentes et magnos ut si
quis ad usum populi teatrum aedificet aut ludos exibeat magni
lenses aut gladiatorum munus aut epulum publicum. haec. n.
et eiusmodi quae privatum supra modum excedunt splendorem
quendam habent eximium nec liberalia modo sed et magnifica di
cunt. Magnificentia igitur ad liberalitatem talis est. eodemque modo
magnanimitas ad illam aliam virtutem quae circa honores
versatur. Est. n. fere eadem nisi quod magnitudine animi propositoque sub
limi excedit ut si maximus dignus sit maximos sibi honores
abrogare non videatur. Proxima est mansuetudo. ipsa quoque adversus
cupiditatem constituta non pecuniarum neque honorum sed vindictarum.
Est. n. ira ulciscendi cupiditas cui resistit mansuetudo. ne plus
minimo deferatur. huius excessus iracundia defectus segnities. ut
raque vitio. mediocritas est laudabilis quae et pro quibus
et adversus quos et quantum oportet irascatur. Hic ille vinus subla
tis oculis quasi admiraretur mediocritatem inquit istam caeteras
quidem virtutes quae adhuc a te commemoratae sunt recte suscepisse
videbatur. mansuetudo autem admiror si hanc suscipiat mediocritatem.
tam. n. si hoc fatemur illud quoque fatendum erit iram quandam
esse laudabilem de qua ut tibi verum fatear valde ego subsisto
et nos non esse ambigendi habeam. si non mea tibi interpellatio
hec molesta sit conabor exprimere. Tu non inquam arbitratu tuo.
n. mei cum sermo hic institutus est sed tuo. Puto igitur inquit nul
lam iram esse laudabilem quia si non laudabilis neque cum virtute
quoniam omnis virtus est laudabilis. Virtus. n. excellentiam et praes
tantiam dicit. Nichil non est omnium quod non absque ira melius faci
ant homines quam irati. Quid. n. ira est nisi ebullicio quaedam et con
citatio maturo stabilique consilio et tranquillitati rationis adversa. Itaque
non alia tam crebro penitenda hominibus incidunt quam illa quae nati
gerunt. Nam recta quidem illa ratio qua nulla carere virtus potest
sedationem animi serenitatemque requirit. ira non perturbat et concitat ut

non solum mentis sed corporis et laudabilem statum pervertat illa
quam atque detorqueat. furentes oculi et trementia labra verba interrup
ta atque infracta iactatio brachiorum insana progressio amentis. haec
ut ut pace tua dixerim furori propiora mihi videntur quam virtuti. Atque
absurdum est rectam quidem rationem in virtutibus dominari dicere
iram non quae nos a recta ratione dimovet in virtutibus esse aliquo
do fateri et hunc servaturum esse modum in rebus agendis credere
qui in se ipso modum non servat. Videntur porro et sapientes viri hoc
ipsum quod modo dixi aptissime testificari. Sunt enim ut videmus libri
quam plures adversus iram ab illis conscripti. Cum non contra irascen
tiam scripserit nemo adhuc quod ego sciam repertus est qui non irascia la
udabile sit irasci non vitiosum. Quod si iram numquam esse laudabilem
constat sequitur ut mediocritas nulla eius sit. Sed omnes penitus hu
iusmodi perturbationem animi esse improbandam. Tum ego inquam non
ignoro ista dici solere ab his qui contra phipatheticos disputant.
Sed tamen refert quid quisque sentiat ego ut numquam excandescentiam istam
vehementemque iracundiam probem. Negabo ego atque detesta
bor. Quid. n. amentius. quid furori similius. quaeris rursum
num in irascentiam et segnitiem omni tempore laudem: hanc rursus
in vitio ponam et reprehendam. Et. n. peto abs te. Si servus parentem
tem verberaret tuum aut virginem filiae vim afferret num tu haec as
piciens animo tranquillo esse debeas. vel potius motu quodam animi
ad infringendam illius contumeliam insurgere. Respondebit
profecto pietas ipsa et ratio reprehendendum esse te nisi pro tanta
parentis filiaeque iniuria indignationem suscipias et ad vindican
dum cum acritate quadam vehementiori pateris. Quid. n. quaeso
agat filius contumeliam parentis indignam cernens. Stabit credo
animo atque vultu quo fuerat prius. nec cum tam carissimi et coniun
ctissimi iniuria commonebit. Et quis non hunc detestetur atque repre
dat. Fit ut ira quaedam non numquam laudabilis sit et non irasci
in vitio ponatur. Videtur porro neque sensum neque mentem habere
qui usque adeo hebes et dissolutus est ut neque doleat neque gra
viter ferat quoniam pro his cum parentibus cum filiis cum ceteris quos
carissimos habere debemus contumelie inferuntur. neque sane ne
cesse est quod dixisti nichil esse omnium quod non absque ira melius fiat

Rustici ad oppositum

Gravitas ... medio ...

Comitas ... medio ...

... iusticia ...

Equitas quid est

liniat. n. interdum et certe decent stimuli et motus ai vehementio
res pro dignitate flagitii nō merito suscepti: qui nos ad pietatē
fortitudinemq; impellunt. Nam quid ais neminē adhuc
contra in irascentiam istā magnope damnat. itaq; ut tu iracū
dum illum furenti. sic ego dissolutum huic et segnem mente
capto assimilabo qui neq; sentire neq; curare neq; affici ulla
re videat. Sed haec satis. ad reliqua instituti opis revertā
mur. Diximꝰ de mansuetudine atq; illis extremis. Inuita
at et cōuersatione multi peccant. nā repiunt qdam cōtentio
si displicentes duri difficiles inhumani. Contraq; alii adu
latores placendi studio oīa assentientes. haec utraq; uitan
da sunt media nō in haec virtus est amantis satis. procul ab
assentatione procul a contentiosa aspitate. eodem q; mō et ostē
tationem et ironiam in uita et cōuersatione abesse cōuenit qua
rum altera in plus fictio est altera in minus. quantas nō hab
mediocritas est. Sz ab ostentatione remotior quom at sit
in uita cessatio quaedam atq; remissio neq; n. cōtinue homo la
borare potest solatioꝝ quaedam moderatio est. Nam si omnē
refugias iocūditatem rusticus sis. Si in at omnem arripias io
candi occasionem ita ut nec honestati nec dignitati parcas mōri
sum moueris possis scurra. Inter haec moderatio est quaedam
virtus quae ab his extremis reducta comitas appellat. Sic te
gemina sunt uitia in conuersatione hoīum deuitanda nec adu
latores odiosi ne ve rursus placentes adulatores simus nec fig
imus ostentando ne ve rursus minuendo ironia utamamur.
Nen procul ab omī iocunditate nen rursus ridiculi hoīes scu
rraeq; hēamur. Iusticia vero duplex est. una pfecta. quae omēz
cōplectit virtutem. Altera singularis in aequitate reposita.
Aequitas at est ut nec plus cōmodi ne ve incōmodi suscipiat.
Hic ille patere qso inqt parump. et in hoc loco interpellari
te: cupio. n. nisi molestum sit qbrem pfectam virtutem
iustitiam dixeris intelligere. An forsan aliae de quibus supra
dixisti virtutibus perfecte nō sint. Ne fortitudo qd illa quā
tu multis verbis ornasti. Qz si ille pfectae quur hunc pfectione
potius attribuas qm illis nō plane itellego tūc tu qm ambigis

iqr. Sed nō oīa possunt in hoc tanto ac tam praecipiti discursu ex
plicari. tamq; a nobis dictum ē nō esse propositi ut ad unū sing
ula rescemus. Sed tanqm introductores aliqui eundemtam qr
dam qdam pregustationem reꝝ impsentia tradere. Qz at nūc
de pfecta reqris virtute. Scire debes bifariam dici pfectam uno
qm modo ut inchoate oppint. Neq; n. est dubium nos ad iusti
tiam et tempantiam et fortitudinē et liberalitatem quodāmō
aptos natura produci Usus tū et assuetudo exercitatioq; ipsa ut
de equo supdiximus ita nos afficit ut tūc iam pfectum ab usu
sit qd a nā fuerit inchoatum. Isto qd mō oīs morales virtus
pfecta ē nec minꝰ aliae qm ipsa iustitia. Alio mō pfecta virtus
dicit. quae omnē oīo virtutē cōtinet et cōplectit. talis nō est
iustitia illa de qua primo diximus. Est. n. scdm leges obsua
tio quaedam. leges at virtutum opa iubent et vitioꝝ oīum
facinora vetant. Nam et quae sunt continētiae. ut nō committes
adulterium. nō flagitium facies. Et quae sunt fortitudinis. ut
ut nō fugies in acie nō deseres locum. Et quae sunt mansuetu
dinis ut non iniuria dixeris. nō pulsabis nō cōtumelia afficies.
et sic de aliis virtutibus et uitiis illas iubendo illa vetando.
Quae nō a legibꝫ proficiscunt iusta sunt. Itaq; illa ps iustitiae
quae ē legis custos et obseruatrix uniusalis quaedam est et
usum oīum virtutum in se continet Atq; ideo pfecta dicitur
qd nullius virtutis usus illi desit quasi completa quaedam
et absoluta virtus. Alia vō iustitiae ps quā in aequitate repo
sitam diximus pticularis est. ut nō plus cōmodi neminus
incōmoī suscipiamus. Est igr iustitia duplex una uniuersalis
virtus altera singularis. prima ē splendida de qua Euripedes
inqt. neq; lucifer neq; hesperus ita mirabilis Altera vō nō
plus ferme laudis in se ht qm una caeteraꝝ virtutum reddi
qd inqt haec iocunda fuere et mandam memoriae quae dixi
sti Sed nūc quod reliquū est intellectiuas expecto virtutes. Vi
num adhuc restat inqm qd ignorare te nolo postea ad intellecti
uas transibimus. Quid est inqt. De continentia inqm et in
continentia dicere. quae res et difficultatem ht et plerosq; fal
lit et utilitatē nō cōtemnēdam eius cognitio affert. Continētia

Quibus modis virtus dicitur pfecta

Quid est iusticia

Iusticia est duplex

Euripides ... iusticia dicit

De continentia

igitur non illa quidem virtus sed similitudo quedam et proximum. Ostensum enim est enim prius omnem virtutem esse habitum. Continentia non habitus non est. Itaque nec virtus dici potest. Versatur autem continentia et incontinentia in his quibus versatur temperantia et intemperantia. Abstinet quis a iocunditate sensuum indebita si diu hoc egerit in habitum transit et tunc demum virtus dicetur temperantiae. Animus vero constitutus sic habitu in ipsis operibus continentia est. Itaque et dolens abstinet continens nec satis firmus est adversus cupiditatem. Eodem modo incontinens nondum habitum mali contraxit. Itaque rationem discernit et principium tenet. Superatur tamen ab affectu et invitus quodammodo captivus abducitur. de quo recte poeta inquit video meliora proboque deteriora sequor. At intemperans in habitu mali constitutus nec rationem iam nec principium tenet. atque ita corruptus est ut perversa natura rerum malum quod bonum arbitretur. bonum autem malum itaque eligens facit intemperans. Incontinens vero nequaquam eligens quia rationem intelligit. Sed tamen trahitur violentia cupiditatis. quae breviter dici potuerunt. haec eadem utilia sunt et in ceteris virtutibus ut habitum mali iam confecerit. Luxuriosus cognitione principiumque amisit quapropter malo gaudet quia id bonum putat. Incontinens vero nondum habitum efficit se quidem malefacere intelligit pugnant quippe sibi affectus et ratio atque modo hic modo illa superat. Placet igitur inter virtutem et vitium medias esse affectiones quasdam nondum satis stabilitas ut modo ad hanc modo ad illud inflectantur. Nunc vero quoniam de moribus dictum est. intellectivas virtutes breviter videamus. Earum nempe discussio prolixitatem exigit brevitas autem suscepti operis compendium flagitat. tamquam igitur digito illas monstrantes notitie tamen singulas illarum contenti erimus. quotiens ergo de virtute proprie loquimur sive illa moralis sive intellectiva sit de animi virtute non autem de corporis loqui nos intelligendum est. Itaque prius animi partes sunt due una rationalis altera non habens rationem. Ea rursus que rationem non habet partim est vegetativa expers omnino rationis quae plantis etiam inesse constat partim appetitiva cupiditatis et metus et affectuum omnium capax quae et si rationem non habet obediens tamen est pareque rationi. Haec est enim illa pars animi nostri quam incre-

De intellectivis virtutibus

Divisio partium animae

pamus errantem quam coercemus elatam quam excitamus iacentem quam consolamur afflictam. hanc nos dirigimus et rationi obtemperare compellimus. In hac denique parte virtus moralis quae est habitus animi per assuetudinem acquisitus ut mediocritatem quandam in affectibus servet. Irrationalis igitur pars animi duplex est ut ostendimus rationalis vero etiam duplex. Nam eius una pars consultativa est. Altera scientifica. Consultamus enim de his que aliter esse possunt scimus vero ea quae aliter esse non possunt. in hac itaque rationali parte animi virtutes intellectivae sunt. Atque ut ista dividitur sic ille distinguuntur. Quinque vero esse modo intellectivas virtutes superdiximus. inter quas prudentia nobis prima occurrit cum superioribus quas retulimus virtutibus fere connexa. Est enim in rebus agendis rectaque illa ratio quae moralibus moderatur virtutibus quaeque extrema refugiens in mediocritate quadam laudabili consistere facit nihil aliud quam prudentia esse possit. Versatur autem prudentia in his rebus quae non semper eodem modo fiunt sed alias aliter in quibus et consilium et electio a prudentia est rerumque agendarum omnis electione consilioque preceduntur. Videtur autem electio non aliis ferme nullis quam hominibus convenire nam neque bestiis quae sunt infra hominem cum ratione neque rursus deo qui ille pro omnia intuitu singula discernens nulla de re ambigere potest. Ac consilium et electio de re dubia est. dicitur autem electio quod pluribus in consuetudine propositis unum legatur idest suscipiatur. Est autem hoc quando pluribus propositis incommodis id quod videtur maximum aptissimumque assumimus aut cum pluribus propositis incommodis minimum malum accipimus. haec autem et tempus et accidentia variant et rerum experientia consilium dirigit. Prudentia igitur de his est que aliter esse possunt principia tamen non tractat. Sed ab illis videlicet cognitis discernit intelligentia nam principiorum est et circa illa versatur. At Sapientia utrumque complectitur. Nam et de principiis et de his quae a principiis manant iudicat et discernit. Itaque recte diffinita est rerum divinarum humanarumque cognitio. O praeclaram supellectilem inquit et quasi divinam quandam intelligentiam silvam. Quae enim vel auditu serenant animum quam gustu receptaque efficiant. Restat ars quae in eodem genere quo prudentia versa-

Rationalis pars animae duplex
· consultativa

Sapientiae diffinitio

Ars

tur. Sed in eo differt quod ars in faciendo est. Prudentia in agenda.
Cum non quoniam plures sint uirtutes ut diximus constat alias
ad ociosam uitam in contemplatione repositam alias ad nego
tiosam et ciuilem esse aptiores. Sapientia enim et scientia et intel
ligentia contemplatiuam alliciunt. prudentia non in omni actione
dominatur. Vtraque sane uita laudes commendationesque propias
habet Contemplatiua quidem diuinior planeque rarior. Actiua uero in
communi utilitate prestantior. itaque uel in priuata uel in publica re quae
cumque pro utilitate aut nostra aut patrie aut hominum nobis
carissimorum agimus ea quidem omnia a prudentia et his uirtutibus que
sunt cum prudentia copulatae descendunt. Sed illud ante omnia
intelligendum est nisi bonus sit uir prudentem esse neminem
posse. Est enim prudentia uera existimatiua circa utilitatem. Ve
ra autem existimatio incorrupta est. tales non ipse res quales re ue
ra sunt nisi bono uiro uenire non possunt. improborum siquidem homi
num iudicia perinde sunt ut egrotantium gustus qui nulla ferme
in re uerum saporem agnoscunt. Itaque nichil est omnium cur ma
gis officiant uicia morum quam prudentiae. Scelestus enim et flagi
tiosus homo ueras et mathemathice demonstrationes et phy
sicae notitiam retinebit. At non prudentiam operi necessariam et huius
ueritatis in hac uia amittit. Atqui constat et huic nichil uel
le nisi bonum. At in illo ipso caligant oculi quod bona putat quae
bona non sunt. Videmus alios tirannidi inhiantes alii rapi
nas fraudesque meditantur nichil non et pederaste quod quod prohibidi
ne explenda non praetermittunt. hi si forte deus aliquis cupidi
tatem illam. morbumque cum euellat ac boni uiri mentem iudi
ciumque infundat et tamquam resipiscentes lumenque recipientes
quantis in tenebris uersati sint. recognoscent suumque ipsi max
imum detestabuntur errorem. propositum enim nobis in omni uita fe
licitas est eiusque cupido nobis ingenita. Ad hanc non per uicia
et libidines. quae nec laudem in se habent ullam nec quietem ani
mi possunt. Sed per uirtutes modestiamque ascenditur. bono
igitur uiro rectum et expeditum est iter ad felicitatem. Solus
enim hic non fallitur neque aberrat. Itaque te solus bene uiuat et
bene agit. Malus autem contra. Si ergo beati esse uolumus ope

ram demus ut boni simus uirtutesque exerceamus.

FINIS. FELICITER.

Leonardi aretini liber qui est collatio colluty et
aliorum quorundam de praeconio uiri uati florentinorum.

QVOM. SOLEMNIT
ER. CELEBRARENT
ur duo dies: qui pro resurrectione
Jhesu xpi festi habentur cenimusque in unum
Nicolaus et ego pro summa inter nos
familiaritate coniuncti. placuit
tunc nobis ut ad Colucium salu
tandum tum iremus. Virum et sapientia
et eloquentia et uitate integritate huius aetatis facile principem.
Nec longius fuit progressus. Robertus rursus fit nobis obuiam
homo optimarum artium studiis deditus nobisque familiaris: qui
quonam tenderemus percunctatus audito consilio nostro approbatoque
ipse etiam una nobiscum ad colucium secutus est. Ad quem ut ue
nimus comiter ab eo familiariterque accepti deinde sedere iussi
si consedimus paucaque uerbis ultro citroque dictis: quae primo
congressu amicorum haberi solent deinceps silentium subsecutum est.
Nam et nos Colucium ut aliquius sermonis princeps foret
expectabamus. et ille nos ad eum uacuos uenisse neque quicquam in
medio ponendi causa attulisse nequaquam arbitrabatur. Sed cum lon
gius progrederetur silentium essetque manifestum nichil a nobis
quam ad eum ueneramus proficisci Conuersus ad nos Colu
cius eo uultu quo solet cum quid paulo accuratius dicturus est.
Vbi nos attentos in eum uidit huiusmodi uerbis est sermo
nem adorsus. Haud sine causa possit inquit iuuenes quod me
conuentus uester pertinaciaque delectat. uos enim estis quos ego uel morum
uestrorum gratia uel studiorum quae nobis mecum sunt uel etiam quia a
nobis me obseruari sentio. egregia quadam beniuolentia et caritate

Utilitas disputationis

complector. Verum una in re parum mihi probati estis eaque permagna.
nam ut ceteris in rebus quae ad studia vestra attinent tantum in
vobis curae vigilantiaeque perspicio quantum debet esse iis qui se homines
frugi ac diligentes appellari volunt. in hoc uno tamen vos hebescere
neque utilitati vestrae satis consulere video. quod disputandi usum ex
ercitationemque negligitis: qua quidem in re nescio an quicquam ad studia
vestra utilius. Nam quid est per immortales deos quod ad res subtiles
cognoscendas atque discutiendas plus valere possit quam disputatio.
ubi rem in medio positam velut oculi plures undique specu
lantur: ut in ea nihil sit quod subterfugere nihil quod latere nihil
quod valeat omnium frustrari intuitum. Quid est quod animum fessum atque labe
factatum et bacatum et haec studia longitudine otii et assiduitate lec
tionis plerumque fatiscentem magis reparet atque redintegret quam
sermones in corona coetuque agitati ubi vel gloria si alios super
averis vel pudor si superatus sis ad legendum atque perdiscendum
vehementer incenderis. Quid est quod ingenium magis acuat.
quid quod illud callidius versutiusque reddat quam disputatio. cum ibi necesse
sit ut momento temporis ad rem se applicet inde se reflectat dis
currat colligat concludat ut facile intelligi possit hac exer
citatione excitatum ad cetera discernenda fieri velocius. tam
vero orationem nostram quam expoliat quam eam in promptu atque in po
testate nostra redigat nihil attinet dicere. Vos enim met in plerisque vi
dere id potestis: qui cum litteras scire se profiteantur et libros lectitent
tamen quia se ab hac exercitatione abstinuere nisi cum libris latine
loqui non possunt. Itaque ego qui vestrae utilitatis sum amicus quique
vos quantum in me est florentes in studiis vestris videre cupio non in
iuria vobis subirascor. si quod hunc disputandi usum ex quo tot manant
utilitates negligitis. Est enim absurdum intra parietes atque
in solitudine secum loqui multaque agitare. in coetibus autem hominum
atque in coetu veluti nihil sapias obmutescere. et quae multis
annis aliquam utilitatem in se habeant ea magno labore prose
qui disputationem vero ex qua permultae utilitates proficiscantur summa
cum iocunditate nolle attingere. Nam velut is agricola improban
dus est qui cum haberet fundum uberrimum excolere saltus quosdam
steriles aret: praeterm non quampiam curis fundi pinguissimam at

que uberrimam relinquat incultam: sic reprehendendus is qui cum
omnia studiorum munera adimplere possit cetera quamvis levia ac
curatissime obit. disputandi vero exercitationem aspernatur et negligit.
Ex qua tot fructus colliguntur uberrimi. Et quod meminimi cum ego
puer adhuc bononiae essem ibique grammaticis operam darem: me
solitum cottidie vel aequales lacessendo vel magistros rogan
do nullum tempus disputationis vacuum transisse. Atque id in pu
eritia feci. Postea non annis crescentibus dereliqui. Sed in omni aeta
te atque vita nihil mihi gratius fuit. nihil quod aeque expeterem
quam doctos homines si modo potestas data est convenire et quae lege
ram et quae agitaverim et de quibus ambigerem illis exponere
eorumque in his rebus percitari iudicium. Scio vos omnes tenere me
moria teque magis Nicolae qui pro summa necessitudine quae
tibi cum illo erat domum illius egregie frequentabas. Ludovicum
theologum acri hominem ingenio et eloquentia singulari qui abhinc
annis septem mortuus est. Ad hunc ego hominem dum ille erat
in vita ventitabam frequenter: ut ea ipsa quae in otio dixi ad
eum defferrem. quod si quando ut fit minus promissum domi a me
fuisset: quia de re ego secum illa die verba facere vellem in itinere
ipso providebam. habitabat enim ille transarnum ut scitis. Ego
mihi flumen ipsum signum et monumentum quoddam: ut ab
eo transgresso ad illius domum omni medio spatio in his rebus
essem occupatus quae mihi cum illo agitandae proponerem.
Et quod ubi ad ipsum veneram per multas horas protrahebam
colloquium et tamen semper ab illo discedebam invitus. Nequibat
enim animum illius vitae implere praesentia. Quanta enim in illo dicendi vis
quanta copia quanta rerum memoria: tenebat enim non solum ea quae
ad religionem spectant. sed etiam ista quae appellamus gentilia.
Semper ille Ciceronem. Virgilium. Senecam aliosque veteres
habebat in ore nec solum eorum opiniones atque sententias sed et
verba persaepe sic proferebat ut non ab alio sumpta. sed ab ipso
facta videretur. Nihil unquam ad illum poteram afferre quod sibi novum
videretur. omnia iam pridem spectata habebat et cognita. At ego multa
ab eo audivi multa didici et de quibus ambigebam illius vitae aucto
ritate confirmavi. Sed quorsum haec tam multa de te dicet quis

Frequentandi doctos viros

Colucius orator

Nicolaus

piam. nisi tu solus disputator immunis, nam permultos memorare possum qui haec eadem factitarunt. Sed ego de me malim dicere, ut possim vobis ex conscientia mea affirmare quanta sit in disputando utilitas. Ego enim qui in hanc diem ita vixi ut omne meum tempus atque operam in studio discendi consumpserim, tantos iam videor fructus ex his sive disceptationibus sive collocutionibus quas disputationes appello consecutus, ut eorum quae didicerim magnam partem huic rei feram acceptam. Quamobrem vos obsecro, iuvenes, ut ad vestros laudabiles preclarosque labores hanc unam quae adhuc vos fugit exercitationem addatis, ut utilitatibus undique comparatis facilius eo quo cupitis pervenire possitis. Tum Nicolaus: Est ita profecto, inquit, Salutate, ut ais. Neque enim facile reperiri potest, ut credo, quod ad studia nostra plus quam disputatio conferat. Neque ego id nunc primum ex te audio. Sed et Ludovicum ipsum, cuius commemoratio a te facta pene mihi lacrimas excussit, persaepe hoc idem audivi dicentem. Et Crysoloras is, a quo istas litteras graecas didicere, cui ego aliquando adessem quod ut satis faciebam frequenter, nullam segniter ad rem ut ad conferendum inter se aliquid auditores suos cohortatus est. Sed ille simpliciter atque uno modo quasi rem utilem esse constaret adhortabatur, nullam ipsius rei vim ac potentiam demonstrans. Tu non eam verbis ita prosecutus es, ita omnes effectus eius aperuisti, ut quantum id valeret ante oculos nostros manifeste posueris. Itaque nullo modo dici potest quam grata mihi tua fuerit oratio. Hac tamen in re Coluci: si non ita ut putas oportere nos exercemus, non est culpa nostra sed temporum. Quamobrem videte quaeso ne nobis amicis tuis iniuria subirascare. Nam si aliqua ratione nos commode id facere potuisse ostendes, non recusamus a te quia id omiserimus non modo verba sed etiam verbera aequo animo perferre. Si non in ea tempestate nati sumus in qua tanta disciplinarum omnium perturbatio tanta librorum iactura facta est ut ne minima quidem re absque summa impudentia loqui quisquam possit, tu dabis profecto nobis veniam si maluimus taciti quam impudentes videri. Neque enim tu es, ut opinor, quem garrulitas vana disputatione delectet, neque ad eam rem nos cohortaris. Sed ut graviter ut constanter ut denique ita verba faciamus ut ea

quae dicamus sapere atque sentire videamur. Itaque tenenda probe res est de qua disputare velis, nec ea solum, sed consequentium, antecedentium, causarum, affectuum omnium denique quae ad eam rem pertinent, lucida cognitio. His enim ignoratis nemo disputator poterit non ineptus videri. Haec quantam rerum molem secum trahant videtis. Omnia sunt inter se mira quadam connexsione annexa. Nam pauca sine multis bene scire quisquam potest. Sed satis multa de hoc. Ad institutum revertamur. Ego quidem Coluci in hac faece temporum atque in hac tanta librorum desideratione quonam quis facultatem disputandi assequi possit non video. Nam quae bona ars, quae doctrina reperiri potest in hoc tempore quae non aut loco mota sit aut non omnino profligata? Pone tibi ante oculos unamquamque earum quam velis et quid nunc sit quid ve olim fuerit considera: iam intelliges eo deductas esse omnes ut penitus desperandum sit. Vide quaeso philosophiam, ut eam potissime consideremus, quae est omnium bonarum artium parens et cuius ex fontibus haec omnis nostra derivatur humanitas. Fuit philosophia olim ex Graecia in Italiam a Cicerone traducta atque aureo illo eloquentiae flumine irrigata. Erat in eius libris tum omnis philosophiae exposita ratio, tum singulae philosophorum scholae diligenter explicatae, quae res, ut mihi quidem videtur, plurimum valebat ad studia hominum incendenda, ut enim quisque ad philosophiam accedebat, continuo sibi quos sequeretur proponebat. Discebatque non solum sua tueri sed etiam aliena refellere. Hinc Stoici, Achademici, Peripatetici, Epicurei. Hinc omnes inter eos contentiones dissensionesque nascebantur. Qui libri utinam nunc extarent, nec maiorum nostrorum tanta fuisset ignavia. Cassiodorum illi nobis servavere et Alcidinum et alia huiusmodi somnia, quae nec mediocriter quidem eruditus quispiam legere unquam curavit. Caeterum Ciceronis libros, quibus nihil pulchrius neque suavius Latinae musae unquam peperere, neglectos eos interire passi sunt, quod sine summa ignorantia evenire non potuit. Quippe si illos vel primis, ut dicitur, labiis gustavissent, nunquam profecto neglexissent. Erant namque ea facundia praediti, ut facile a lectore non modo impetrare possent ne se aspernaretur. Sed cum illorum librorum magna pars interierit, hi vero qui supersint adeo mendosi sunt

Bone artes perierunt

In laude philosophie

Cicero transtulit philosophiam de Graecia in Italiam

In laude Ciceronis

Libri Ciceronis perierunt

In diversos auctores hos novissimos et praesertim aristotelis

Nota contra gallos

ut paulo ab interitu distent quemadmodum nobis philosophiam hoc tempore dis
cendam putas. An sunt permulti eius scientiae magistri qui se illam
doctiores esse polliceantur. O praeclaros nostri temporis philosophos si quidem ea docent
quae ipsi nesciunt: quos ego nequeo satis mirari quo pacto philosophiam di
dicerint cum litteras ignorent. nam plures soloecismos quam verba fa
ciunt quom loquuntur. Itaque ego illos stertentes quam loquentes audire
malim. hos tamen si quis roget cuius auctoritate atque praeceptis in hac sua
praeclara sapientia nitantur ipsi dicunt hoc ait cum dicunt Aristotelis in
telligi volunt. At cum quippiam confirmare opus est proferunt dicta
in his libris quos Aristotelis esse dicunt. verba aspera inepta dis
sona quae cuiusvis aures obtundere ac fatigare possent. haec di
cunt inquit philosophus. huic contradicere nephas est idemque apud illos va
let et ipse dixit et veritas. Quasi non aut ille solum philosophus fuerit
aut eius sententiae ita fixae sint quasi eas Pythius Appollo ex sanctis
simo adito suo ediderit. Nec eo nunc me hercule ista dico ut Aris
totellem insecter nec mihi cum illo sapientissimo homine bellum ul
lum est. Sed cum istorum amentia: qui si tantum ignorantiae vitio
obnoxii essent illi quidem non laudandi sed tamen in hac temporum conditione
ferendi. Nunc vero cum ignorantiae eorum tanta arrogantia iuncta sit:
ut se sapientes et appellent et existiment. quis eos aequo animo ferre
possit. De quibus inde Coluci quid ego sentiam. Non puto illos ne
minima quidem in re quid Aristoteles senserit recte tenere. Eiusque huius
rei gravissimum testem quem tibi adducam. Quis. Iste idem qui lin
guae latinae pater est. M. Tullius. Cicero. cuius ego Salutate
ideo tria nomina profero ut ille in ore meo diutius obversetur ita
mihi dulcis est ab [illegible]. Recte tu quidem Nicolae inquit Coluci
us neque enim Cicerone nostro quisquam omnium amandus est magisque in de
liciis habendus. sed tamen quo in loco ista dicat non enim teneo. In est inquit
in principio topicorum a Cicerone scriptum. Nam cum Trebatius iuris
consultus cum quodam summo rhetore consuluisset eorum locorum
quae ab Aristotele ignorare respondisset. Scripsit ad eum Cicero
minime se admirari eum philosophum rhetori non esse cognitum qui ab ip
sis philosophis praeter admodum paucos ignoraretur. Satisne tibi vi
detur Cicero hos ignavum pecus a praesepibus arcere. Satisne
videtur illis occurrere qui se in Aristotelis familiam tam impu

denter ascribunt. praeter admodum paucos inquit. An isti se ex illo ad
modum paucorum numero dicere audebunt. Credo ea impudentia sunt.
Sed ne nos decipiant quaeso. Nam eo tempore loquitur Cicero cum diffici
lius indocti homines quam nunc docti reperirentur. Sumus enim nimirum ma
gis quam Ciceronis tempore latinam linguam floruisse et tamen ita loquitur
ut supra exposuimus. Quem igitur putamus ipsi philosophi praeter admodum
paucos eo tempore ignorabant quo omnis ars omnisque doctrina florebat
quo doctorum hominum magna copia erat: quo omnes non minus
graecas litteras quam latinas docti in sua sede atque in suo sapore
legebant. quem inquam tunc quom omnia ista erant ipsi philosophi praeter admo
dum paucos ignorabant cum in hoc tanto doctrinarum omnium nau
fragio in hac tanta doctorum hominum penuria isti nihil sapientes
homines quibus ne dum graece sed ne latine quidem litterae satis cogni
tae sunt non ignorabant. fieri non potest crede mihi Coluci
ut illi quicquam recte teneant praesertim quom hi libri quos Aris
totelis esse dicunt tam magnam transformationem passi sunt
ut si quis eos ad aristotelem ipsum deferat non magis ille suos
esse cognoscat quam Atheonem illum qui ex homine in cervum conversus
est canes suae cognoverunt. Nam studiosum eloquentiae fuisse
Aristotelem atque incredibili quadam cum suavitate scripsisse Ci
ceronis sententia est. Nunc vero hos aristotelis libros si tamen Aris
totelis esse putandum est. et molestos in legendo et absonos
videamus tantaque obscuritate perplexos ut praeter sibillam et
edipodem nemo intelligat. Quamobrem desinant isti praeclari
philosophi hanc suam sapientiam profiteri. neque enim tanti ingenio
valent ut si maxime facultas discendi esset eam consequi possent.
neque si maxime ingenio valerent facultatem ullam addiscendi hoc
tempore video. Sed satis multa de philosophia. Quid autem de dialectica. quae
una ars ad disputandum pernecessaria est. An ea florens regnum
obtinet nec ignorantiae bello calamitatem ullam perpessa est.
Minime vero. Nam et illa Barbaria quae trans Oceanum habitat
in illam impetum fecit. Atque gentes dii boni quorum etiam nomina per
horresco Ferabrich. Buser. Occham aliique huiusmodi qui omnes
mihi videntur a Rhadamantis cohorte traxisse cognomina. Et quid enim
Coluci ut haec ioca omittam quid est inquam in dialectica quod non bri

De libris aristotelis multum transformatis

Aristoteles eloquens secundum Ciceronem

Dialectica per

Sophismata britannica conturbarunt dialecticam

tantas sophismatibus conturbatum sit. Quid de illa vetere et
vera disputandi ratione separatum: et ad ineptias levitatesque traduc
tum. Possum haec eadem de gramatica arte haec eadem de rhe
torica haec eadem de reliquis fere omnibus dicere. Sed nolo esse verbo
sus in his rebus probandis quae manifestissime sunt. Quid enim
causae dicemus esse Coluci quod his tot iam annis nemo inventus
sit qui aliquam praestantiam in his rebus habuerit. neque enim hominibus
ingenia desunt neque discendi voluntas. Sed sunt ut opinor hac
perturbatione scientiarum desideratione que librorum omnes viae addiscen
di praeclusae. Ut etiam si quis existat maxime ingenio validus maximeque
discendi cupidus tamen rerum difficultate impeditus eo quo cupi
at pervenire non possit. non enim quisquam sine doctrina sine magistris
sine libris aliquid excellens in studiis suis ostendere potest. Quarum
rerum omnium cum facultas nobis adempta sit quis tandem mirabitur si
nemo iam diu ad illam antiquorum dignitatem ne longo quidem
intervallo proximus accesserit. quamquam Ego Salutate iam dudum
hac de re non sine rubore loquor. tu enim orationem meam pertina
cia reffellere ac labefactare videris. Cum profecto is es qui
sapientia atque eloquentia veteres illos quos tanto tempore admira
ri solemus vel antevenias vel certe adaequaveris. Sed dicam
quod sentio de te nec me hercule assentandi gratia. Tu mihi videris
isto tuo prestantissimo ingenio ac pene divino in his rebus desi
nentibus sine quibus alii non possunt haec assequi potuisse. Itaque
tu mihi unus sis ab hoc sermone exceptus. De aliis loquamur
quos communis natura produxit. qui si parum docti sunt. quis tam
iniquus iudex erit qui eorum culpae hoc ascribendum putet
an non potius temporum vitio et huic rerum perturbationi. Nonne vi
demus quam amplo pulcherrimoque patrimonio haec nostra tempora
spoliata sunt. Ubi M. Varonis libri qui vel soli facere possent sa
pientes. In quibus erat latinae linguae explicatio rerum humanarum
divinarumque cognitio: omnis sapientiae ratio omnisque doctrina. Ubi
Titi Livii historiae. ubi Salustii: ubi Plinii: ubi innumerabilium
aliorum. Ubi Ciceronis complura volumina. O miseram atque ino
pem conditionem horum temporum. dies me profecto deficiet si velim
nomina eorum referre quibus aetas nostra orbata est. et tu Coluci

M. Varonis libri

in tantis

in tantis rerum angustiis sinuo linguam in disputando velut flabellum
agitemus te nobis subirasci. Accepimus pithagoram illum cuius ma
gnum est apud omnes gentes in sapientium consortio nomen im
primis hoc praeceptum auditoribus suis tradere solitum. ut quin
quennale silentium agerent. Recte quidem. nichil enim putabat homo
sapientissimus minus decere quam de his rebus homines disputa
re quas non probe tenerent. Atque illi pitagoram philosophorum princi
pem magistrum habentes non sine laude faciebant. Nos magistris doc
trinis libris nudati hoc sine reprehensione facere non poterimus.
Non est aequum Coluci. Quamobrem date nobis veniam hac in
re ut in caeteris soles. et hanc tuam subiracionem omitte. Nich
il est enim a nobis commissum cur tu nobis succensere possis.
Haec cum nicolaus dixisset magnaque esset omnium attentione audi
tus paulo silentium factum est. Tum Salutatus eum intuens. ne
tu inquit Nicolae fuisti in resistendo tam fortis in disserendo tam
gravis. Enimvero ut apud poetam nostrum plus aliquid eras quam
rebar quamquam ego semper te unum ad haec studia maxime natum ap
tumque putavi. Sed tamen ego tantum facultatis meae tibi non arbi
trabar quantum tu nunc in dicendo ostendisti. itaque relinquamus si pla
cet hanc totam de disputando disputationem. Hic Robertus.
tu non perges inquit Salutate. nec enim decet te qui nunc nos ad
disputandum hortatus sis disputationem in medio positam
deserere coluccius Equidem inquit coluccius iam timere incipio: ne le
onem ut aiunt dormientem excitarim. Sed tamen ne ille michi no
ceat post videbo. Nunc vero a te Roberte scire velim meamne an
cum Nicolao sententiam. Nam ego de Leonardo non dubito. ita enim
video illum in omni sententia cum Nicolao disentire convenire ut iam
arbitrer potius cum illo errare velle quam mecum recte loqui. Tum ego
et te inquam Salutate permagni facio et nicolaum item quare me
aequum iudicem habebis quamvis non sim nescius non magis Nicolai ca
usam quam meam hoc sermone agi. Ego vero inquit Robertus non ante sen
tentiam meam aperiam quam ab utroque vestrum fuerit peroratum qua
re perge ut instituisti. Pergam inquit Colucius et id quod facillimum
est hunc refellam. Nam ego sic arbitror accuratissimam orationem
qua iste paulo ante usus est non tam ad se purgandum quam ad se
damnandum valuisse. Quid ita. Quia quae verbis probabat ea

Preceptum pitagore et silentio quinquennali

ratione sua re atque veritate infringebat. Quare, quia in se purgando labem istorum temporum conquerebatur, omnemque facultatem disputandi ademptam esse dicebat, ipse autem in his probandis subtilissime disputabat. Quid tu? Ista ne illum condemnant? Ita puto. Quamobrem? Quia stare non possunt haec neque coherent, ut quae fieri quis neget, ea continuo ipse agat, nisi forte quoddam ingenii acumen sibi esse diceret, ut videlicet ea posset quae non item ceteri. Quod ego si illi concedam, magno me aere alieno liberabo, quo ille me paulo ante onustum fecit, cum ego sim ab ipso etiam antiquis, ipsis quos solemus admirari, praepositus. Sed ego nec tibi concedam Nicolae, nec mihi tantum assumam; plurimosque esse confido qui acumine ingenii et mihi antecellant et tibi pares esse possint. Hic Robertus: patere inquit Coluci, antequam longius progrediare, ego te paululum interpellem. Non enim video cur tu contradicas. Nam si hic Nicolaus, quem scimus disputationibus operam nimis frequentem dedisse satis, disertus in respondendo fuit, ut tu fateris, nobisque videtur, quod nobis tantopere suadebas, si has disputationes non frequentamus, cum possit quis etiam sine hoc studiis suis facere satis. Tum Colucius: ego inquit Roberte quod id prius esse putabam, idcirco vos ad disputandum cohortatus sum. Cupio enim vos in omni humanitatis ratione quam excellentes videre. Nicolai vero oratione delectatum esse confiteor. Neque enim elegantia sibi in dicendo defuit, neque subtilitas. Sed si nos absque disputandi exercitatione, quae hoc maxime efficere potuit, tantum respondendo valuit, quid putas illum facere potuisse, si operam dedisset, futurum fuisse? Hic cum sileret Robertus, certaque vultus significatione assentiretur, conversus ad Nicolaum Colucius: te vero inquit Nicolae par est haec eadem et quae Roberto concedo magnas sunt enim exercitationis vires magnique effectus. Nihil est fere tam durum, nihil tam horridum quod non molliat usus atque expoliat. Non ne vides oratores ut prope omnes una voce clament artem sine exercitatione parum valere? Quid in re militari? quid in certaminibus? quid denique in omni re quicquam sine exercitatione valere compertum est? Non igitur si sapimus, hoc idest exercitationem in studiis

nostris posse credemus, eique rei operam dabimus, nec eam negligemus. Est autem exercitatio studiorum nostrorum collatio, perquisitio agitatioque earum rerum quae in studiis nostris versantur; quam ego enim uno verbo disputationem appello. Harum tu rerum si putas facultatem nobis hoc tempore ademptam propter hanc ut tu inquis perturbationem, vehementer erras. Sunt enim optimae artes labem aliquam passae, neque id inquam negabo; non tamen sunt ita deletae ut illos qui se illis tradidere doctos atque sapientes facere non possint. Nec tamen tunc cum hae artes florebant omnibus placebat ad carmen evadere, pluresque erant qui parvas ut Neoptolemus quamquam omnino philosophari vellent, quod item nunc ut faciamus nihil prohibet. Deinde videndum est tibi Nicolae ne dum ea solum velis quae fieri non possunt, et ea quae fieri possunt aspernaris et negligas. Non extant omnes Ciceronis libri. At alii supersunt, nec parva quidem pars, quos vel ipsos ut probe teneamus non enim adeo nobis ignorantiae calumnia esset pertimescenda. Periit etiam M. Varro; dolendum est fateor et moleste ferendum. Sed tamen sunt et Senecae libri et aliorum permulti, qui nobis, nisi tam delicati essemus, facile M. Varronis locum supplerent. Atque ut tot vel scremus vel et discere velemus quot hi libri qui etiam nunc extant nos docere possunt. Sed minime ut modo dixi delicati sumus, quae absunt cupimus, quae adsunt negligimus. At contra oportet prudentibus utrique ea sint uti. Absentium non quicquam cogitando nihil proficimus desiderium ex animo removere. Quamobrem vide quaeso ne culpam tuam in aliud transferas, et quae tibi imputanda sint ea tu temporibus imputare velis. Quamquam ego Nicolae nullo modo adducor ut te existimem qui omnia quae hoc tempore disci possunt consecutus sis. Novi enim diligentiam tuam, vigilantiam, acuitatem ingenii. Proinde te ita arbitrari nolim quasi modo disertius magis ut verbis tuis resisterem, quam ut te lacesserem a me esse dicta verum ego haec volo. Sunt enim aptiora quam ut de his disputandum sit. Illud non cogitare non possum qua tu ratione adductus dixeris neminem fuisse iam diu qui aliquam praestantiam in studiis habuerit. Nam potes ut alios omittam vel tres viros quos his temporibus nostra civitas tulit non praestantissimos iudicare: Dantem, Franciscum Petrarcham, Iohannem Bocchatium, qui tanto consensu omnium ad caelum tolluntur. Atque ego non video

Quid est exercitatio seu disputatio

M. Varronis libri perditi

Dantes, Franciscus Petrarcha et Io. Bocatius etc.

Quod materia ... per exercitationem ... capitulo ... [illegible]

nec mehercule id me movet quod antiqui mei sint. an hi non sint omni hu
manitatis ratione inter veteres illos annumerandi. Dantem vero si alio
genere scribendi usus esset non eo contentus forem ut illum cum an
tiquis nostris compararem. Sed et ipsis et graecis etiam anteponerem. Itaque tu m
colas si tu sciens prudensque illos praeteristi afferas rationem opor
tet cur ipsos aspernere. Sin autem oblivione dilapsi sunt parum mihi
gratus videris qui eos viros memoriae fixos non habeas qui ci
vitati tuae laudi et gloriae sunt. Hic nicolaus quos tu mihi
dantes inquit commemoras quos petrarchas quos Boccacios.

An tu putas me vulgi opinionibus iudicare ut ea probem aut im
probem quae ipsa multitudo non est. Ego vero quotiens quid laudo
et atque et quam ob rem id faciam patere mihi volo. Multitudinem
non sine causa semper suspectam habui. Sunt enim ita corrupta illius iu
dicia ut iam plus ambiguitatis mihi afferant quam firmitatis.
Itaque ne mirato si de his tribus ut ita dicam triumviris longe me
aliter ac populum sentire intelliges. Nam quid est in illis quod aut
admirandum aut laudandum cuiquam videri debeat. Ut enim a
dante incipiam: cui tu ne Maronem quidem ipsum anteponis nonne
illum plerumque errantem videmus ut videatur rerum omnium fuisse
ignarus. Qui illa Virgilii verba quid non mortalia pectora cogis auri
sacra fames quae quidem verba nunquam aliquis vel mediocriter quidem docto
dubia fuere quin sentirent aptissime ignoravit. nam cum in Avaritiam
dicta essent is tamquam prodigalitatem detestaretur accepit. M. vero
Catonem eum qui civilibus bellis interfuit senem admodum
barba cana atque prolixa describit ignorans videlicet tempora. Ille
enim quadragesimo aetatis suae anno iuvenis et atque aetate inte
gra supremum diem uticae clausit. Verum hoc leve est illud autem gra
vius atque intollerabile quod M. brutum hominem iustitia. Mo
destia. Magnitudine animi omni denique virtutis laude praestantem ob
caesarem interfectum libertatemque populi romani ex faucibus latronum
evulsam summo supplicio damnavit. Iunium vero brutum ob regem
exactum in campis elisiis posuit. At qui Tarquinius regnum
a maioribus acceperat eoque tempore rex fuit cum esse regem iura permit
tebant. Caesar autem vi et armis rem publicam occupaverat interfectisque bonis
civibus patriae suae libertatem substulerant. Quam ob rem si sce

leratus. M. sceleratiorem esse Iunium necesse est. Sin autem Iunius la
udandus quod regem exegerit cur non. M. in caelum tollendus
cum tyrannum occiderit. Omitto illud quod me dius fidius
christianum hominem scripsisse me pudet. quod eadem fere poena
eum qui mundi vexatorem atque eum cum qui mundi salvatorem
prodidisset afficiendum putavit. Verum haec quae religionis sunt
omittamus. De his loquamur quae ad studia nostra pertinent.
quae quidem ab isto ita plerumque ignorata video ut appareat id veris
simum esse Dantem Calliberta fratrum atque huiusmodi molestias
lectitasse Librorum autem gentilium unde maxime ars sua dependebat
nec eos quidem qui nobis reliqui sunt attigisse. Denique ut omnia alia sibi
affuissent certe latinitas defuit nos vero non pudebit eum poe
tam appellare et Virgilio etiam anteponere qui latine loqui non possit.
legi nuper quasdam eius litteras quas ille videbatur peraccurate scripsis
se. Erant enim propria manu atque eius sigillo obsignatae. At
me hercule nemo est tam rudis quem tam inepte scripsisse non
puderet. Quam ob rem Colucci ego istum poetam tuum a concilio
litteratorum seiungam atque eum lanariis pistoribus et huiusmodi turbae
relinquam. Sic enim locutus est ut videatur voluisse hunc genus hominum
esse familiaris. Sed satis multa de dante. Nunc petrarcham consi
deremus. quamquam non me fugit quam periculoso in loco verser ut mihi sit et
universi populi impetus pertimescendus. quam isti tui praeclari va
tes nescio quibus. neque enim aliter appellanda sunt quae isti in
vulgus legenda tradiderunt devinctum habent. Verum ego libere di
cam quod sentio. Vos autem rogo atque obsecro ne hanc meam orationem
efferatis. Quid igitur si pictor quispiam quom magnam se habere huius
artis scientiam profitentur theatrum aliquod pingendum conduce
ret. deinde magna expectatione hominum facta quasi alterum Appellem
aut zeuxim temporibus suis nati esse crederent picturae eius ape
rirentur lineamentis distortis atque ridicule admodum pictis non ne
is dignus esset quem omnes deriderent. Ita censeo. Nulla enim venia
dignus est is qui tam imprudenter ea quae nesciat se scire professus
est. Quid autem. aliquis musicae artis mirabilem quandam peritiam
habere prae se ferat. deinde cum is continuo id praedicaret magna
quam turbam audiendi cupidam congregasset nihil excellens in ar

Nicol. sentit hos tres vates non esse magni faciendos
Contra dantem
Error M. catonis
M. brutus
Contra petrarcham
Contra eos qui se sciunt facere ut (?) [illegible]

te sua huic posse appareret: nonne omnes ita discederent ut istum tam
grandia professum ridiculum hominem atque dignum pistrino indi
carent. ita prorsus. Sunt igitur maxime despiciendi hi qui quae pollicen
tur adimplere non possunt. Atqui nunquam tanta professione praedicatum
est quanta Franciscus Petrarca Africam suam praedicavit. Nullus
est libellus, nulla fere maior epistola reperitur in qua non istud suum
opus decantatum invenias. Quid autem postea ex hac tanta profes
sione. nonne natus est ridiculus mus. An est quisquam eius amicus
qui non fateatur satius fuisse aut nunquam illum librum scripsisse aut scrip
tum igni damnasse. Quanti igitur huic poetam facere debemus
qui quod maximum suorum operum esse profitetur atque in quo vires suas
omnes intendit id omnes consentiant potius eius famae nocere
quam prodesse. Vide quantum inter hunc et Maronem nostrum inter
sit. Ille homines obscuros carmine suo illustravit; hic Africanum
hominem clarissimum quantum in se fuit obscuravit. Scripsit praete
rea Bucolicum carmen Franciscus, scripsit et invectivas: ut non
solum poeta sed etiam orator haberetur. Verum sic scripsit ut neque in bucolicis
nemo esset vel quicquam quod aliquid pastorale aut silvestre redoleret.
Nec quicquam in orationibus quod non artem rhetoricam magnopere deside
raret. Possum haec eadem de Iohanne Boccatii dicere qui quantum
possit in omni opere suo manifestissimum est. Verum ego et pro eo satis
dictum opinor nam cum illorum quos tu atque adeo omnium iudicio sibi
permultum antecellunt ego permulta vitia demonstrarim atque et
plura si quis in ea re occupatus esse vellet demonstrari possent.
Potes existimare si de Iohanne dicere velim orationem mihi non
defuturam. Illud tamen commune eorum vitium est quod singulari arro
gantia fuere nec putaverunt fore quemquam qui de suis rebus iu
dicare posset. tantumque se ab omnibus laudatos esse arbitrati sunt
quantum ipsi sibi assumerent. Itaque alter se poetam alter se laure
atum alter se vatem appellant. Heu miseros quanta caligo occaecat.
Ego mehercule unam Ciceronis epistolam atque unum Virgilii carmen
omnibus vestris opusculis antepono. Quapropter Colucius sibi habeant
istam gloriam quam tu per illos civitati nostrae partam esse dicis. Ego enim
pro virili mea illam repudio. Neque multi eam famam existi
mandam puto. quae ab his qui nihil sapiunt proficiscatur

Hic Colucius subridens ut solet. quam vellem inquit Nicolae ut
tu civibus tuis amator esses. et si non me fugit nunquam aliquem tan
to consensu omnium probatum fuisse qui adversarium invenerit
habuit enim ipse Maro Evangelum quendam. habuit Lanuvinum
Terentius. pace tamen dicam tua quod sentio omnes quos modo
nominavi multo quam tu mihi tollerabiliores videntur. Illi enim si
guli singulis, nec suis civibus adversabantur. tu non eo contentionis
processisti ut unus tres eosque tuos cives conaris evertere. Verum
me horum hominum suscipere patrocinium eosque a tuis maledictis
tueri tempus prohibet praecipitat enim iam dies ut vide
tis. itaque timeo ne nobis ad hanc rem tractandam tempus adesset.
Est autem opus verbis non paucis ad illos defendendos. non quia
tuis criminationibus respondere magnum sit aut difficile sed
quia non potest id recte fieri nisi etiam laudes eorum immisceantur. quod
ob magnitudinem meritorum digne facere difficillimum est. Itaque
ego istam defensionem aliud in tempus magis commodum dif
feram. nunc non tantum dico. Tu Nicolae homines istos tuo arbitratu
vel parvi vel magnifice. Ego non quod sic sentio illos fuisse homines mul
tis optimisque artibus ornatos dignosque eo nomine quod tanto consensu
omnium ipsis tributum est. Similiter illud teneo et semper tenebo
nullam esse rem quae tantum ad studia nostra quantum disputatio
afferat nec si tempora labem aliquam passa sunt idcirco tamen nobis fa
cultatem eius rei exercende ademptam esse. Quamobrem non de
sinam vos cohortari ut huic exercitationi quam maxime incumbatis.
Haec cum dixisset surreximus. Postridie vero cum omnes qui pridie
fueramus in unum convenissemus additusque praeterea esset
Petrus Minii f. Adolescens impiger atque studiosus inprimis
Colucii familiaris: placuit illa die ut ortos Roberti viseremus.
Arnum itaque transgressi: quom illuc perventum esset inspectis
que ortis in porticum illam quae post vestibulum est reddissemus.
Sedens illic Colucius quom parumper se collegisset nobis tum co
rona facta circumstantibus quam ornatissima sunt inquit nos
trae urbis aedificia quamque praeclara. Nam me nunc admonuere
quom in ortis essem aedes istae quas ante oculos habemus. Sunt
ille quidem honestorum fratrum: quos ego simul cum tota pictorum familia

semp dilexi amicoque hu[m]. Sed uidete quaeso splendorem aediu[m]
intueamini delicias atque amoenitatem. Nunc ego magis ista
miror quam cetera lucule[n]tissima aedificia quibus numsa haec
urbs referta est. ut saepe mihi ueniat in mentem eius est a le
onardo dictum in oratione illa in qua laudes florentiae urbis
accuratissime congessit. Nam quom pulcritudinem laudaret
magnificentia quam inquit eas fortasse quae nunc sunt. munditia non
et eas que nunc sunt et eas quae umquam fuerunt urbes florentia
superat. Quod ego uerissime arbitror a leonardo dictum.
Neque enim romam aut athenas aut siracusas adeo mundas
atque abstersas fuisse puto. Sed longe in ea re ab hac nostra
superari. Tum petrus sunt ista uera inquit Colucci. Sed non in
hoc dumtaxat excellit. nam in caeteris quoque multis praesta
re ipsam uidemus. quam ego cum antea per me ipsum putabam tamen
non cum istam laudationem legerem uehementer in eam senten
tiam confirmatus sum. Pro qua quidem re omnes aues tibi habere
gratias leonarde debent. tam diligentissime laudes huius
Vrbis prosecutus es. Primo enim laudas urbem atque eius
ornamenta deinde originem. A romanis originem deducas ter
tio loco res gestas foris domique describis: et in omni uirtutis
specie mirifice extollis. Verum illud maxime in ea oratione me de
lectauit quod studia partium nostrarum et a proclaro inicio exorta et
merito atque iure ab hac ciuitate probas suscepta Caesariana
non factionem quae huic nostrae inimica est referendo
eorum scelera et deplorando libertatem populi romani in summam mendiciam
inductam. Recte id quidem leonardo inquit Colucius ad causam hu
ius ciuitatis quam susceperat exornandam ut in Caesares ipsos
aliquanto inueheretur. Ego non inquit Petrus apud Lactantium fir
mianum hominem doctissimum atque eloquentissimum legisse
me memini se admodum admirari quam tandem de causa Caesar in
caelum tollatur cum patriae suae fuerit parricida. huic ego puto leo
nardum secutum fuisse. Quid opus est inquit Colucius ut
Lactantium sequatur: quom Ciceronem atque lucanum homi
nes doctissimos atque sapientissimos habeat auctores et suetonium
in legerit. Verum ego ut de me profitear numquam adduci potui ut

parricidam patriae suae Cesarem fuisse arbitrarer. de qua quidem re satis
a me diligenter ut mihi uideor in eo libro quem de tyranno scripsi
disputatum est. omnibusque rationibus conclusimus non impie Caesarem reg
nasse. Itaque nec parricidam fuisse umquam putabo nec umquam desinam
Cesarem in caelum tollere pro magnitudine rerum quas gessit. Si
tamen filii mei ad uirtutem hortandi forent uel adeo id optandum:
potius eos optarem ut M. Marcello aut L. Camillo similes essent
quam Gneo Caesari. Illi enim non inferiores bello fuere et ad hanc rei
militaris uirtutem sanctimonia uitae accedebat: que an in Caesa
re fuerit ego nescio illi autem qui uitam eius describunt contra
tradunt. itaque non ignauiter: ut mihi uidetur Leonardus causae
suae inseruiens quom Vitruuium Caesaris meminisse maiorum
suspicionem inserunt: ut eorum audientium auribus suam
causam probaret. nam mihi quidem dubium non est quin ex eo tempore
haec studia partium suscepta sint ab hac ciuitate: id licet fuerit
huius legitime conspirationis initium. nam quidem olim scitum est ut
uiri illi fortissimi qui contra manfredum pro uindicanda ciuita
tis nota in apuliam perierunt in qua acie uera o roberte familia
plurimum excelluit. non origo illa partium fuit sed praeclara res
titutio totius enim rei publicae eo tempore occupauerant qui diuisum a uolun
tate huius populi sentiebant. Tunc robertus mihi non inquit Colucci
pergratissimum est familiam nostram in ea acie fuisse quae pro glo
ria huius ciuitatis medio omnium fortissime dimicarit. Sed quoniam in hanc
mentionem uenimus et aedificia lautitia studia partium gloriam
denique bello partam promptissime laudas bene ut opinor fe
ceris si doctissimos homines quos haec ciuitas genuit cont
ra hesternam disputationem uituperationemque defendes. Nam
tres illi uates non minima pars gloriae sunt huius nostrae ciuitatis.
Tunc colucius recte tu quidem putas inquit Roberte. neque enim mini
ma pars gloriae sunt. sed longe maxima. Verum quod agendum superest
tamen: non ne heri sententiam meam satis depinxi quid ego sentirem
de summis illis uiris. Deprompsisti tu inquit robertus. Sed tamen
ut ad criminationes inquit Colucius ueniam. Quis est enim
tam rudis qui non perfacile illas refutaret. Sed eum defensiones
illorum criminum nobis omnibus qui hic adestis esse manifestas sed minimi

De pulcritudine florentie et munditia
Origo florentie
Cesariana factio quae dicitur gebellina
Lactantius sentit contra cesarem
Cicero lucanus et Suetonius contra cesarem
Colucius pro cesare
In laudem cesaris
Tempus parandi studia
Manfredus gebellinus
Colucius defendit tres doctos florentinos

117

116

callidi esse vulpes atque astuti. Quis enim est tam qui non canum senem decipere posse arbitretur. Sed non est ita credite mihi iuvenes. Nam longa vita nobis magistra est et rerum experientia plus sapere docuit. neque enim latebant heri me tuae artes Nicolae cum vates nostros non solum reprehendebas sed etiam acrimonia quadam insultabas. putas tu enim me argutiis tuis commotum ad laudes illorum virorum prosilire idque cum hoc e[x]emplo Leonardo conciliaras qui iam dudum non desinit a me petere: ut laudes illorum litteris mandem. Quod et si ego facere cupio et Leonardo morem gerere quoniam et ipse quotidie pro nobis labores suscipit e graeco sermone in latinum transferendo. tamen nollem tuis Nicolae fraudibus impulsus videri. Itaque cum mihi placuerit laudes istorum hominum absolvam hodie non id non faciam ne tuae artes id quod volunt consequantur. Tunc Robertus ego non inquit Coluci quoniam hic in regno meo estis nunquam permittam vos abire nisi prius ad illa crimina fuerit responsum. Et Nicolaus arridens age inquit Roberte postquam artes nostrae processere in aggrediamur. Numquam mehercule Colucius extorquebitis hodie ut tanquam anus cantica vetusta cantem. Sed si vobis cordi est hunc Leonardo committatis. Qui enim nuper istam urbem laudavit eundem hos quoque homines laudare par est. Tum ego. si ipse pro eorum meritis digne facere id possem Colucio nullo modo gravarer. Sed neque est in me tanta dicendi facultas neque te presente quicquam tale auderem. Quamobrem aut Roberto morem gerite aut me Arbitrum eligite ad hanc controversiam inter nos componendam. Hic cum omnes se id facere velle dixissent. Ego inquam sedere nolo ut mea sententia valeat et simul ceteris omnibus ut sederent edixi. Quo facto sententiam protuli: ut Nicolaus quos viros pridie impugnaverat eosdem ipse idem nunc defenderet Colucio auditore atque Censore. Tunc Colucius Arridens non potuit inquit melius neque rectius a Leonardo iudicari. nam nulla efficacior medicina est quam cum contraria contrariis purgantur. Et Nicolaus libentius inquit a te audissem Coluci. verum ut intelligas me eam rem ad te detulisse quam ego ipse suscipere non recuso modo facultas dicendi adsit non repugnabo huic sententiae dictoque

Iohan[nes] defendit quos prius impugnaverat

parebo. atque per ordinem ad ea que dicta erant respondebo. Illud tamen ante omnia certissimum habetote me non alia de causa heri impugnasse nisi ut Colucium ad illorum laudes excitarem sed difficile erat assequi: ut vir omnium prudentissimus ex vero animo loqui me ac non fictum esse sermonem meum arbitraretur. nam viderat ille quod me in omni aetate studiosum fuisse et inter libros litterasque semper vixisse meminisse poteras me istos ipsos Florentinos Vates vinice dilexisse nam et Dantem ipsum quodam tempore ita memoriae mandavi ut nec hodie quidem sim oblitus. sed etiam nunc magnam partem illius praeclari atque luculenti poematis sine libris referre queo quod facere non possum sine singulari quadam affectione. Franciscum vero Petrarcam tanti semper feci ut usque in Patavinum profectus sim ut ex proprio exemplari libros suos transcriberem. Ego enim primus omnium Affricam illam huc adduxi. Cuius quidem rei iste Colucius testis est. Iohannem autem Boccacium quomodo odisse possum qui Bibliothecam eius meis sumptibus ornavi propter memoriam doctissimi viri et frequentissimus omnium in illa sum apud religiosos heremitarum. quare ut modo dicebam difficile erat hanc technam Colucium latere ut dissimulationem meam non intelligeret. An ille umquam putasset quod tantae benivolentiae signa erga istos vates prebuisse ita una die mutatum et lanistae sutores atque proxonete homines qui numquam litteras viderunt numquam gustaverunt ex poetica suavitate pluris facerent Dantem aut Petrarcam aut Iohannem Boccacium quam ego qui semper illos colui semperque in deliciis habui et non solum verbis sed etiam re ex quo ipsos videre non poteram eorum memoriam decoravi. Permulti sane ignorantia foret si huiusmodi homines poemata nobis ereptum iret. Nam ego ea de causa dico ut intelligere possitis id quod et me tacente manifestum erat non iam a me doctissimos viros reprehensos quam putarem reprehendendos. Sed ut Colucium prae indignatione ad eorum laudes impellerem. Tum enim Colucius ingenium tuum dicendi artem scientiamque postulare videbantur mihi Florentini Vates. idque mihi dulcissimum fuisset quod quia tu in presentia facere non vis: ego tentabo quantum vires ingenii mei ferre potuerint tuam vicem subire. quod autem deerit id tibi et Leonardo imputetur

Tria necessaria in poeta secundum eum requiruntur

In laudem dantis

qui mihi hanc imposuistis necessitatem. Tunc Colucius perge
inquit Nicolae, ne diutius etiam hoc munus deprecare. Videntur
ergo mihi inquit Nicolaus in summo poeta tria esse oportere. fin-
gendi artem orationis elegantiam multarumque rerum scientiam. horum
tamen primum poetarum proprium est secundum cum oratore tertium
cum philosophis historicisque commune. hec tria si adsint: nichil
est quod amplius in poeta requiratur. Videamus igitur si placet quan-
lia haec in nostris vatibus fuere. Et primo a dante qui maior est
natu incipiamus. Anquisquam est qui dicere audeat fingendi
artem illi defuisse: qui tam praeclaram fictionem tamque in-
auditam trium regnorum adinvenerit: qui ita per diversos
tramites omnia distruxit. ut multiplicia huius saeculi pec-
cata suis quoque locis prout magnitudo cuiusque est puniatur.
Nam quid ego de paradiso ipsa loquar. cuius tantus ordo
est tantaque accuratione descriptio ut nunquam satis digna adeo
pulcherrima fictio laudari possit. Quid autem eius descensus aut
ascensus. Quid comites illi atque duces. quanta elegantia ex-
cogitati. quae orationum observatio. Nam quid ego de facundia loq-
uar. qui omnes qui ante se fuerunt infantes ostenderit. Nulli
sunt dicendi tropi. nulla rhetoricae artis insignia. quae per
illius viri opera non mirifice sint diffusa. nec minus ornatus
hic quam copiae. Mellifluo enim verborum flumina illaboratae flu-
unt omniaque sensa sic exprimuntur quasi oculis audientium aut
legentium subiciantur. Nec ulla est tanta obscuritas quam
eius non illuminet aperiatque oratio. Nam quid omnium difficillimum est
acutissimae theologie philosophiaeque sententias lunatissimis illis
ternariis ita commode pronunciat atque disceptat ut ab ipsis the-
ologis vel philosophis in scholis atque in ocio vix queant pronun-
ciari. Ad hoc historiarum incredibilem scientiam. non enim vetera
duntaxat sed et nova. nec domestica tantum sed etiam externa in hoc
praeclaro opere vel exornandi causa vel doctrinae gratia coagmentata sunt.
nullus est in italia ritus. nullus mons. nullus flumen: nulla
paulo nobilior familia: nullus vir qui aliquid dignum me-
moria gesserit quin ab illo teneatur et in poemate suo pro commo-
de sit distributus. Itaque quod heri Colucius faciebat ut Virgilio

et homero dantem adequaret nullo modo mihi displicet. Nescio
enim quid in illorum poematibus sit: cui hoc nostrum non uberrime respon-
deat. legite quaeso ea carmina in quibus amorem odium forti-
tudinem ceterasque animi perturbationes exprimit. legite descrip-
tiones temporum legite caelorum motus. legite stellarum ortus atque
occasus: legite arithmeticas computationes. legite adhorta-
tiones invectiones consolationes deinde nobiscum reputate
quid sapientia perfectius aut eloquentia expolitius quisquam poeta queat
proferre. hunc igitur ego virum tam elegantem tam facundum
tam doctum a litterarum collegio ideo heri diximus: ut non cum
illis sed supra illos sit nec solum eos suo poemate delectet
sed universam civitatem. tam non quinquidem ego sentirem de
cive de vate de doctissimo hoc viro satis ut mihi videor ex-
pressi. respondebo criminationibus quae illi opponunt. M.
cato octavo et quadragesimo aetatis anno iuvenis et aetate
integra defunctus est. Dantes non illum barba cana et demissa
fingit. Vanum est hoc carmen non enim corpora apud inferos
pergunt sed defunctorum animi. Cur ergo canos affinxit quia
mens ipsa catonis rigidi servatoris honesti et tanta vite sancti-
monia predita et in iuvenili corpore canissima erat. Num audie-
bamus paulo ante Colucium quod flocipenderet adolescentiam. Nec
immerito. est et sapientia cana aetatis et integritas morum ac
temperantia qua honestatem efficiunt. At illa Virgilii carmina.
quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames quod sentiret
ignoravit. vereor ne potius ipse dantes a nobis ignoretur.
Nam quod attinet dicere ipsum haec carmina ignorasse quae
et pueris nota sunt. Quo enim pacto potuit fieri ut qui etiam
obscurissima Virgilii sensa viderit atque perfregerit ab eo tam
manifestissimo versu deciperetur. non est ita. Sed aut scriptorum
menda est qui plerumque rudes atque indocti ad scribendum ac-
cedunt: aut ad alterum extremorum tracta est Virgilii sententia enim quin
liberalitas virtus sit extrema non hinc avaritiam habeat illinc
prodigalitatem quae paria inter se vitia sunt altero reprehen-
so et ad alterum reprehensio. nam ea res virgilium quoque fefel-
lit et statium quod prodigalitatis poenas dederat avarum finxisse

Contra impugnationem de M. catone

magnopere mirabatur. quid autem tetrum fuit ut pari ferme pena eum
qui mundi salvatorem atque eum qui mundi vexatorem necessitat affici di
cat eodem initio laborat quo reprehensio illa de catone aetate quae crebro
insipientes homines fallit cum res a poeta accipiunt quasi verae sint
atque non fictae. An tu putas Dantem virum omnium sue aetatis doctissi
mum ignorasse quo pacto Caesar dominium adeptus fuerit. Ignoras
rasse libertatem sublatam. et ingemiscente po. ro. diadema a M.
Antonio capiti Caesaris impositum. Credis tante virtutis fuisse
ignarum quanta M. Brutum praeditum fuisse omnes istoriae con
sentiunt. Nam illius iustitiam integritatem industriam magni
tudinem animi quis non laudat. Non ignoravit hec dantes non
sed legitimum et mondanarum rerum iustissimum monarcam in Cae
sare finxit in Bruto vero seditiosum turbulentum ac nefarium — Figmenta poetica
hominem qui hunc principem per scelus trucidarat non quod brutus
eiusmodi fuerit: nam si hoc esset: qua ratione a senatu laudatus
fuisset tamquam libertatis recuperator. Sed cum Caesar quocumque modo re
gnasset brutus autem una cum amplius sexaginta nobilissimis civibus — Brutus cesarem interfecit
eum interfecisset sumpsit poeta ex hoc fingendi materiam. Cur
ergo optimum et iustissimum virum et libertatis recuperatorem in fau
cibus luciferi collocavit. Cur Virgilius castissimam mulierem
quae pro pudicicia conservanda mori sustinuit ita libidinosam
fingit: ut amoris gratia se ipsam interimat. Pictoribus enim at
que poetis quidlibet audendi semper fuit equa potestas. Quamquam non — Pictoribus atque poetis
improbe fortasse ut ego puto defenderetur Marcum Brutum
in trucidando Caesare impium fuisse. non desunt enim auctores
qui vel per affectionem illarum partium vel ut imperatoribus place
rent factum illud bruti scelestum atque impium vocant sed ad illas
quasi parificationem christi atque Caesaris prima defensio proba
bilior michi videtur. idque sensisse poetam nostrum nullo modo ambi
go. At non et si omnia illi affuerit Latinitas certe defuit. Hec di
cebat ut Colucius in indignationem commoveretur. nam qui
sane mentis aequo animo hoc audiret. qui totiens disputaverit
qui carmina heroica scripserit qui per tot studia approbatus
fuerit eum litteras ignorasse. non potuit id ullo pacto fieri: sed et
litteratissimum et doctissimum et facundissimum et ad fingendum

aptissimum fuisse illum necesse est ut non modo opinio hominum sed et scripta
sua manifestissime declarant. Iam quoniam de Dante satis ut opinor
dixi de Petrarcha pauca dicamus quamquam non paucis laudibus tan — Commendatio fran. petrarce
ta viri excellentia contenta sit. Sed rogo ita a me accipiatis
ut ab homine non satis ad dicendum apto maxime cum omnes videtis
ex tempore michi dicendum sit sine ulla omnino premeditatione. Tunc
petrus perge inquit Nicolae. Nos enim quantum facultatis sit in te
minime ignoramus. et nunc cum dantem ornares ac defenderes ex
pertissimus. nullus enim locus in illo homine laudando est a
te pretermissus. Quoniam igitur patavium ut supra dixi profectus
essem inquit Nicolaus ut libros petrarce nostri transcriberem
non multos annos post mortem eius solebam crebro conveni
re eos homines quibus ille dum viveret familiariter utebatur
a quibus mores illius poetae didici quam ipse vidissem: quamquam a
Aludovico theologo homine sanctissimo atque doctissimo idem audi
eram. Vivus igitur asserebant multa laude digna in illo fuisse.
Sed precipue tria nam et formosissimum fuisse et sapientissimum — Tria laudabilia fran. petrar.
eum denique doctissimum sue aetatis hominem dicebant. haec
omnia illi testibus rationibusque comprobabant. Sed de for
ma et sapientia quia haec duo privatam vitam respiciunt
omittamus. Puto enim nobis in auditum non esse illius viri ma
iestatem continentiam integritatem sanctimoniam ceterasque
praestantissimas virtutes. Sed nos ea quae privata sunt. ut modo
dicebam omittamus. Doctrinam vero quam ipse nobis communem il
lam reliquit consideremus qua ratione illi probarent in hoc
quoque genere petrarcam virum prestare. Dicebant igitur quoniam doc
trinam laudarent ab omnibus poetis qui ante se fuerint francis
cum petrarcham esse preponendum et simul ab Ennio Lucrecioque
incipientes usque ad tempora nostra ita discurrebant. ut quemque poetam
in contentiones adducerent. ostendebantque unumquemque illorum in uno
aliquo genere clarum fuisse. Ennium. Lucrecium. Pacuvium. Accium opus car
men fuisse atque poema. Soluta vero oratione nihil laude dignum
quemque illorum unquam scriptitasse. Petrarce vero et pulcherrima poema
ta elegantissime versus extare et soluta oratione plurimos libros — Petrarca valuit et metro et oratione soluta
tantum enim ingenio valuisse eum ut carminibus probatissimos

poematis soluta oratione disertissimos oratores adequaret. et cum mi
chi illius carmina ostendissent, heroica, bucolica, familiaria affe
rebant. Solute orationes testimonia permulta volumina librorum
atque epistolarum ostendebant exortationes ad virtutem, reprehen
siones vitiorum: multa de colenda amicitia, de diligenda patria,
de institutione rei publice, de disciplina iuventutis, de contemnen
da fortuna, de emendatione morum ab eo viro perscripta. ex qui
bus perfacile intelligebatur ubertimam doctrinam in eo viro
fuisse. Adeo autem illum ad omne genus scribendi ingenium ac
comodasse, ut ne populari dicendi genere se abstinuerit. Sed
in hoc ut in ceteris quoque elegantissimum et facundissimum
videri. haec cum illi ostendissent, a me contendebant ut si quem
hominem ex omni antiquitate, qui tantis laudibus respondere pos
set in medium afferrem: quod si facere nequirem, nec hominem quemquam
qui eo genere profecerit, ut non dubitarem civem meum omnibus
doctissimis viris qui in hunc diem fuissent anteferre. Nescio
quid vobis videatur. Ego mihi ferme omnia loca attigi quibus illi
causam affirmabant. Que cum optima ratione concludi viderentur
debantur illis assensi, vicitque ita esse persuasi. An non illi ceteri
homines ita putabant: nos autem cives in laude civis nostri erimus
frigidiores: nec audebimus illum suis meritis ornare. Pra
esertim cum vir studia humanitatis quae iam extincta erant
reparavit. et nobis quemadmodum discere possemus viam ap
eruit. et nescio an primus omnium lauream in nostram urbem attulerit.
At eius liber in quo summum studium posuit non multum probatur.
Vellem percontari ab eo qua ratione id faciat, utrum quod si quid esset in eo
libro quod improbari posset, id illa de causa esset quod morte preventus
nequiverit expolire. At bucolica eius nichil pastorale sapiunt. Ego
vero id non puto, nam omnia et pastoribus et pecudibus referta
video cum te video. Hic cum omnes arriderent. Ego profecto inquit
Nicolaus ea de causa dico quod non nullos iam audivi qui in his
rebus petrarcham criminarentur. Nolite enim putare meas
criminationes istas. Sed cum ab aliis quibusdam audivisse
ad vos heri, qua tandem de causa satis retuli. itaque placet
nunc michi non me qui loquebar simulare et insulsissimos homines

qui revera reputabant id refellere. nam quod cuncti virgilii carmen
unum atque unam Ciceronis epistolam omnibus operibus petrarce anteponent,
Ego saepe ita converto, ut dicam me orationes petrarce omnibus Virgi
lii epistolis, et carmina eiusdem vatis Ciceronis omnibus carminibus
longissime anteferre. Sed iam satis. Ad Boccatium veniamus, cu
ius ego doctrinam, eloquentiam, leporem maxime quod ingenii prae
stantiam in omni re omnique ope admiror. qui deorum geneologias: qui
montes atque flumina: qui varios virorum casus: qui mulieres cla
ras: qui bucolica carmina: qui amores: qui nymphas: qui
caetera infinita facundissimo lepidissimo cecinerit, tradiderit,
scripserit. Quis igitur hunc non amet: quis non observet: quis non in ca
elum tollat. Quis non omnes hos vates maximam gloriae partem nostrae
civitatis putet. hec igitur habui quae de clarissimis vatibus referrem.
Ut autem apud homines. Dantes loquens nunquam quaeque ad eam pertinent
ivissi. Te autem Coluci quem id te facturum pollicereris rogo nunc denique
sine ulla ut paulo ante dicebas fraude. Ut hos prestantissimos
homines suscipias. et tua facundia illustres. Ego vero inquit Colucius
non video quidquam te reliquisse quod ad eorum laudem addi pos
sit. Tunc Petrus ego inquit Nicolae omni tempore tuam dicendi vim
admiratus sum et hodie potissimum admiror. Eam enim causam ad
quam vix tibi aditus reliqui videbatur ita tractasti ut neque melius
neque elegantius orari potuerit. Quamobrem si nobis iudicibus
usus es, qui quidem sedere ad causam audiendam iussi sumus, ego te
mea sententia absolvo bonumque virum censui. ita nunc censeo et quam ma
xime prespecta atque cognita virtus est tua. Tu enim dantis poe
ma accuratissime didicisti. tu petrarce amore iam patavium usque pe
netrasti. tu propter Boccacii affectionem bibliotecam eius tuis sumptibus
ornasti. Relictis rebus omnibus te totum litteris studiisque perbuisti. Tu
Ciceronem, Plinium, Varronem, Livium, omnes denique illos veteres qui
latinam linguam celebraverunt ita colis, ut universi homines qui
aliquid sapiunt te magnopere admirentur. Ego vero inquit Nicola
us satis amplissima premia consecutus sum quom tantas la
udes in facundissimo ore inveneram. Sed parato obsecro mi pe
tre presertim cum eorum me ipsum nullo modo decipio. Sed et quis ego
sim et quae facultas sit in me satis intelligo. Cum enim veteres

Transfusio Jo. boccatii

Laudes boccatii et coluccii

Franciscus ... primus laureatus ... Florentiam

Concor. cato. ad te alius laudat ... esse ... mento

illos quos tu memorabas lego. q si per excusationes meae liceat
libentissime facio cu eorum sapientiam elegantiam considero tan
tum abest ut e aliqd me sapere putem: qui tarditatem ingenii
mei cognosco ne sinima quidem ingenia in hac tempestate disce
aliquid posse videantur. Sed quod difficilius id puto tanto magis
Florentinos Vates admiror: qui saeculo repugnante tamen su
perhabundantia quadam ingenii assecuti sunt ut illis pares aut
superioribus euaderent. Et robertus nox ista te Nicolae inquit
nobis reddidit Nam eiusmodi a te heri dicebantur quae a nos
tro certe planissime abhorrebant Nicolaus tuc heri inquit mi
chi propositum erat. ut libros tuos compararem. Dicebam eis
te si persuasissem statim auctione esse facturum. Tu Coluci
iube inquit Roberte ut fores aperiantur. Nam sine metu calum
nie possumus iam prodire. Ego vero inquit Robertus non
videbo nisi prius michi polliceris. Quid inquit Colucius. Ut
cras inquit apud me omnes cenetis. habeo enim non nulla
qua sermone conuiuali celebrari cupiam. Hi tres inquit colucius
apud me cenaturi erant. Quamobrem non tu illis cenam dabis
Sed michi. Ut liber inquit Robertus modo veniatis. Nos vero
inquit Colucius ut pro hospitibus meis quoque tibi respondeam
veniemus. Tu at para duplex conuiuium. alterum quo corpo
ra alterum quo animi nostri reficiantur. His dictis reuersi sunt
ipso quoque Roberto ad pontem veterem Colucium prosequente:

FINIS

DEO. LAVS. ET. GLORIA.

PRo. D. LuDoVICo FALCONIO PROV
INCIALI

Basilii philosophi christianissimi graeci liber ad gregorium
de fuga seculi et de vita monastica traductus per sanctum
virum fratrem Ambrosium camaldulensem Monachum
Florentinum et graecae et latine lingue peritissimum.

AGNOVI. LITTERAS. TV
AS. VT. HI. QVI. AM
icorum filios ex ingenita quam prae se ferunt
parentum similitudine solent recognoscere
Nam quod ais situm quemlibet loci atque apparatum minus bre
viter ... ut possit animum tuum ad nobiscum commendum illic
pueros demorare et modo nostro atque instituto vitae aliquid adis
cas. fuit id profecto tua tuaeque mentis altitudine digna cogi
tatio. quae cuncta sunt praesentia ad eam beatitudinem quae
nobis ~~quae cuncta sunt praesentia ad eam beatitudinem~~
~~quae nobis~~ in promissione seruatur comparata nichil estimat
Ego vero quae quidem ipse in solitudine extremitate die noctuque   Nō et Solitudine
dicerus facio quomimus scribam verecundia detineor: Nam
relictam equidem urbanam commemorationem ut innumerabilium
malorum causam me ipsum non necdum relinquere potui. Sed
eis similis sum qui minimi prae nauigationis imperitia heret
semper et fluctuant et peritibus similium sunt: qui nauis
magnitudinem tamquam haec ingentis illos motus ex
citarent atque se inde vel ad lembum vel ad cimbam transfe
rentes hic titubant herent nauseant. Consequens est utrique
illos ferundo atque bibis. Tale quiddam et nos patimur. quippe
qui intra perturbationes familiares circumferentes in eisdem ubi
que turbis ac tumultibus sumus. ita parum ex ista solitudine
profecimus. Ea tamen quae ad eius consequenda vestigia qui
nos ad salutem instituerit facienda erant. Si quis enim inquit uu
lt post me venire abneget semetipsum et sequatur me fere ista
sunt. Enitendum imprimis atque insistendum ut animi quietem
habeat ut enim oculus qui vagus circumagitur et nunc quidem ad transu
ersa porrigitur nunc vero ad superiora atque inferiora conuertitur quod sub
iectum est evidenter intueri non valet sed assiduitate obtutus